Ne perfusa luto sit porticus, et tamen uno

Semodio scobis hac emendat seruulus unus.

Μὴ οὐχὶ τῷ σκύτεο τῷ παραδημέτων, &c.) Siue id de calceis auratis Consulum intelligendum sit, quos eis tribuit Cassiodorus, siue de gemmis, de quibus paulò ante diximus, quæ tamen vtraque à priuatis etiam usurpata. De gemmis Tertull. de Hab. Virg.

Et in peronibus uniones emergere de luto cupiunt.

Aurum vero in calceamentis mulieres præcipue gerebant, ut ex Plinio constat. Lamprid. quoque Heliog. in Semiramicis Senatusconsultis statutum ait, quæ aurum, vel gemmas in calceamentis haberent. Nam & aureis clavis calceos suppingebant. Plaut. Bacch.

Sed diuēsne est istic Theotimus? CH. Etiam rogas,

Qui soccis habeat auro suppactum solum?

Kαὶ θαλαμεῖον καθάρῳ αἱ στῶμα, &c.) Plin. Paneg. de Domitiano loquens: Remoramus, resistimus ut in communis domo, quam nuper immanissima bellua plurimo terrore munierat, cum velut quodam specu inclusa nunc propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum ciuium strages, cædemque profer-



ret. Vsus est eadem fere similitudine Plutarchus de Aristippo Arguorum Tyranno loquens, καὶ κατεκλέψας τὸν τύραννον, ὡς εἴρητον ὡς φωλεός κατερρήματος.

P. 17. Καὶ μισθὸν εἰπώντος ἀξιοῦσα, &c.) Plin. Panegyr. Accipimus ergo obfides, non emimus, nec ingentibus damnis, immensisque muneribus pacificimur ut vicerimus. Vide Themist. Orat. x.

Pag. 18. Καὶ εἰσαγέλεσσα,) Internuntiis, & interpretibus. Plin. Panegyr. Feli-
lices illos, quorum fides, & industria non per internuntios, & interpretes, sed ab
ipso te, nec auribus tuis, sed oculis probatur! Herodotus Thal. scribit septem
illos, qui Magis interemptis de imperio deliberabant, id pepigisse, ut li-
ceret πρίερας εἰς τὰ βασιλεῖα πάρτα τὸν βουλόμενον τὴν ἐπίλα αὐτῷ εἰσαγέλεσσα. A Plu-
tarcho in vita Alexandri inter alios scriptores laudatur χρήσις ὁ εἰσαγέλεσσα;
& Φίλιππος ὁ εἰσαγέλεσσα: Quod nomen perperam interpres Latinus, ut &
cæterorum pro Patronymico habuit; Cui affinis error pridem à me no-
tatus in Luciani Interpretate εἰς τὰς διφάδας, vbi quod in Epigramma-
te erat

Τοῖα παθόμενα φασὶ πὲ Ταῖταλον αὐθόπος ιοῦ

Μηδαμοὶ καιρῆσσα διφαλέεις ὁδούσιοι.

Tantulum Æthope cretum ridiculè admodum reddidit.

Κατέρρεψε οἶησα, &c.) Cassiodor. 2. XII. Aduentum quidem regium ex ipsa
potestis cognoscere frequentia commeantium, quia necesse est ut res ma-
gna competentia præmittat semper indicia. Venturum diem Lucifer de-
monstrat exortus: serena secutura fauens ventus ostendit, &c.

Ωσερψε ἔχοντα φασὶ τὸν Καρίνον, &c,) Carinūmne illum hominem, ut loqui-
tur Vopiscus, omnium contaminatissimum, adulterum, frequentem cor-
ruptorem iuuentutis, ipsūmque quoque malè usum genio sexus sui? De
quo adi, si lubet eundem Vopis. Aurelium Vict. & Eutrop. lib. 9. Quis
credat ab homine tam impuro id unquam profectum? cum præsertim
nullam aduersus Parthos expeditionem egerit. Quare manifestus in Sy-
nesio memoriarē lapsus, eo sanè insignior, quo minus ferenda fuit coram
Principe tam impuri nominis substitutio. An verò librarij mendum est,
qui pro Caro Carinum scripsit? Carus enim (authore Vopisco) post
Probum Imperat. Augustus creatus, bellum Persicum, quod Probus para-
bat, aggressus est, non infelici successu. Nam Mesopotamia capta Cte-
siphontem usque peruenit, & Imperator Persicus appellatus est: verū
fulmine postmodum interemptus est. An id potius Probo Imperatori tri-
buendum? qui (ut idem Author scribit) aduersus Parthos profectus, Cop-
ton, & Ptolemaïdem urbes barbarico seruitio eripuit. Ex quo (inquit) tan-
tum profecit, ut Parthi legatos ad eum mitterent confitentes timorem, pa-
cēmque poscentes, quos ille superbius affectos, magis timentes domum
remisit. Etiāmne dubitabimus quin de Probo sit Synesianum illud (quod
nusquam, alibi à me lectum est) accipiendum?

Γίανον ἔωλον εἴτε τον, &c.) Merito Imperatori bellum meditanti εἴτε τον apponitur
Schol. Aristoph. in Ranis. Οἱ δὲ αὐδροὶ καὶ τοῦτος τοι μάχας ταυμασοὶ εἴτε τον εὐθύνοι, οἵ
οὐστελλόντος πλάστα. Hinc Herculi cibus iste in delitijs. Glossographis εἴτε τον est



οὐαριον πίστιν, & πίστιν ἐψημα, & ἀθάρε. Quod obiter dixerim propter Virum eruditum, qui εἴπεις per ἀθάρε explicari ab Scholia Aristoph. reprehendat, frustra enim est; cùm plerique id alij fecerint. Hesych. ἔτιος ἐρεχμός, ἐψημα θυράδες (Corr. ἀθράδες.) Pollux. lib. 6. cap. 9. τὸν ἀθάρην δὲ (corr. ἀθάρην ex Suida) ἔτιος σὺν πνεῷ.

Τεμάχια ἀτὰ τείχη, &c.) Notant Critici Τεμάχη propriè dici τὴν ἰχνῶν, τὴν πλακοῦντος: non autem τὴν χρεῖν. Hinc Aristoph. Pluto.

Πολὺ γένηται τεμάχην, τὴν χρεῖν ὡπτὸν μέρων.

Corrigendum in ea voce Suidas. Τεμάχη τὴν χρεῖν, τὴν ίχνῶν, τὴν τὴν πλακούντοντος, τὴν δὲ πλακῶν σύνετι. Lego τὴν ίχνην. τὴν τὴν πλακ. τὴν δὲ χρεῖν σύνετι. At hoc loco manifestè τὴν χρεῖν νείων: Quidni verò, cùm & discissi veli frusta τεμάχια appeleret epist. 4. τεμάχος Latinè Copadium Gloss. τεμάχος Copodium frustum: sed propriè offa, & offula, aut ofella: idque maximè insue. Varro 4. de Ling. Lat. A nomine eius offula dicta, vt offa minima insue. Colum. lib. 12. cap. 53. de salsa suilla carnis. Deinde offulæ carnis spissè componuntur, &c. Mart. lib. 14.

Parua tibi curua craticula sudet ofella

Spumenas in longa cuspide fumet aper.

Quod spectat ad τείχη χρεῖν, νείων eadem νεία τείχη à Themistio dicuntur Orat. 4. in Sophoc. vt quidem emendaui. Etenim locus ille pro desperato hactenus habitus, miréque corruptus est; vt & alia in eius orationib. non pauca, quas Latinè dudum redditas, ac recensitas propediem οὐδὲ οὐδὲ εἰποῦ, emittam. Themistij verba hæc sunt de Sophistarum illiberalitate. ισαγενεῖ τείχη, τὰς ζυγομεχῆ τοῖς ταμίαις τὸν οἶνον, τὰ δέ οὖτα ἀπῆγεντο. Henricus Steph. σαφεῖς ex coniectura reponit: nec tamen (inquit) satis conuenire huic loco videtur. Rescribo ita τε νεία τείχη: Iota enim illud ab imperito librario additum, quod subscribendum fuit; Nam in Vetustissimis codicibus à latere pictum nonnunquam cernitur. Cui similis error ex præpostera eius collocatione apud Plutarch. Tract. de Is. & Osir. vbi cum de Horo. sermo est à Typhone in ius vocato. οὐχίνονται δέ (ait) τὰ νίκης, τὰς ἐρμούς ποτέσι τὰ λόγου μήτρας: vbi οὐχίνεται δέ τὰ μηδέ legendum omnino. Iam quod ad Themistium attinet, infimæ in Philosopho sordis est τείχη ita, falsamenta suilla carnis appendere: Quò pertinet & Proverb. τείχοις αξιώτερος.

Ων δὲ βασιλές δὲ τε βασιλές ὡν, &c.) Ecquid verò pudendum est Principem esse? Forte igitur δὲ δὲ βασιλές δὲ τε φαλαρίδες ὡν αὐτοῖς. Vel certè καλός pro καλός: vt mirum sit Carinum, cùm & rex sit, & caluus, non erubescere, quod rex sit, ob χύνεται illam: quòd caluus, quoniam in conuiuijs dictoria multa in caluosiaci solita, vt alibi dicam.

Pag. 19. Τὸν δὲ Τιάρε, τὴν Καίδην, &c.) Barbarorum regum ornamenti sunt: alterum insigne capitinis, alterum vestimenti genus Suidæ & Hesych. καίδης est χιτὼν Γεροκής. χιτὼν accipe καταχειστικὸς pro quavis ueste; aliqui enim καίδης tunica superinduebatur. Xenop. 8. Κύρου παρ. Ηδη αὐτὸς σὺν πυλαδὶ ταρσοφάρμενος Καίδης ἐφέρεται τὸν τιάρον, τὴν χιτὼν πορφυροῦ μεσολαβούντος (ἄλλως δὲ σκέψει μεσολαβούντος) τὸν δὲ τοῖς σκέλεσι αἰσθεῖται οὐκτιθετός.



τὰ κείδια ὀλοπύρφυρα. Arrian. l. 2. αἰδεῖς. de Dario fugiente. οὐδὲ αἴρει
ἀπολεῖται αὖτε, τὸν δὲ πόνον καὶ μάστιχα, τὴν τὸν κρύδιαν: Quæ vox quoties apud eum
authorem repetitur, toties peccat interpres, dum *cidarim* vertit: Est enim
Cidaris regium capitinis insigne, quod cœrulea fascia albo distincta cir-
cuibat, ut ait Curt. lib. 3. Insigniter vero quod ad ea Persarum indu-
menta pertinet, corruptus est Iulij Pollucis lib. 7. cap. 14. τὴν Περσῶν, in-
quit, οὐδὲ τὸν κρύδιον, τὸν δὲ πόνον καὶ μάστιχα, τὸν κίδασιν, τὸν πί-
λον καλοῦσι. Vbi dubium non est quin pro τῷ, τίδες οὐ legendum
sit, quod & vocum significatio ipsa, & Grammaticæ ratio prorsus exi-
git.

Βασιλέως ἐαυτῷ ἔπιδόντος, &c.) Suspicor Galerium hunc fuisse, qui à Narseo
Rege Persarum primùm vinctus est; Deinde exploratis prius hostium castris,
ac speculatoris munere cum altero, aut tertio equite suscepto, Persas aggres-
sus dedecus acceptum hosti rependit. Eutrop. l. 9.

Eis δὲ τοῖς αὐτοῖς τῷ Κατάστασι, &c. Diocletianum intelligit. De quo hist. Eccles.
Eutrop. l. 9. Aurel. Vi&t.

Αἴθυνος οὐδὲ σῶν, &c. Pollux lib. 8. Harpocrat. apud quem in voce βασι-
λικὴ ἀγρομή, ita depravatè legitur. ἐστὶ δὲ τοῦτο εἰς τὴν ἀνέστησιν τῶν θεο-
λυκὴν ἀγρομήν καλέστη. Corr. ἀφ' ἧς, vel ἡς. intelligit enim lampadum certa-
mina.

P. 20. Αἱλίον τε μέχει τῆμερον, &c.] Eleganter Latinus Paca. ad Theodo-
dos. At noster hic omnibus spectandus offertur, nec magis communem hunc diem,
atque Solem quam nostrum Imperatorem videri licet. Qui, cum vicinum habeant per-
missa fastidium, nunquam iste mirantes explet oculos, magis magisque vijsus expetitur:
nouum dictu, praesens desideratur. Petron. Sat.

Quid autem non commune est, quod natura optimum fecit?

Καὶ τοι κατέλυεν τοῦτο, &c. Xenophon. ibidem, τῷ γὰρ εἰς οἰκίαν οὐδὲν μᾶλις,
ιδίᾳ οὐ διπληγματικόν τοι γέγονεν. δεῖ δὲ η̄ τὸ ιερόν, ἐνθα δὴ ἀδιώκατον τὸ πιάστη-
ται τοι, οὐ διπληγματικόν τοι πολὺτερον οὐδελμοῖς τῆς σωφροσύνης ποιού-
μενος.

Οὐ τεφανδούσας οὐδὲ αἰ τολός, &c.] Vtriusque facti nulla apud Plutarch.
mentio, cum alia multa eius dicta, factaque, commemoret in Apophth. De eius
frugalitate vide Aelian. l. 5. Varia cap. 5. apud quem pridem illud mirabar
inter clarissimos viros, qui in Græcia fuere pauperrimi, cum Epaminonda
Pelopidam quoque Thebanum recenseret l. 2. c. 43. quem tamen ditissimum
fuisse constat.

Tῆς οὐδὲ κάπης ἢ πιεζόν, &c.] Nam, ut ait Senec. epist. 76. Gladium bonum
dices, non cui deauratus est Baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur:
sed cui & ad secundum subtilis acies, & mucro munimentum omne ru-
pturus.

Pag. 21. Οραμάνων οὐδὲ τὸ πιπόν, &c.] sensum subobscurum facit particula οὐδὲ
quæ hoc in loco pro ὅπισματι, nisi ante βασιλείας πτῶς præponendum. Quid
si post οραμάνων, addamus δὲ, & post ἔξοριστον, εἴτε expungamus?

Οὐα χωρῆσαν ράθυμα, &c.) Ita erat in Henr. In Med. οὐα, & ράθυμα. Ex qui-
bus probabilis confici lectio potest, οὐα χωρῆσαν ράθυμα.



IN SYNE SIVM

Νῦν γέ πολεῖς ἔπειτα ξυρεῖται ἀκμῆς, &c.) Hom. Il. x.

Νῦν γέ δὲ πολύτεασι τοῖς ξυρεῖται ἀκμῆς

Η μάχη λυγέσις ὅλες θρησ αἰχμοῖς, οὐδὲ βιαία.

Herod. Euter. Τοῖς ξυρεῖται γέ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ ταράχματα. Memnon. Hist.

Διονύσιος ἢ ταῖς οἰκεῖαις μεθόδοις χειρόδρομος έπειτα ξυρεῖται ἀκμῆς πολλοῖς κινδύνοις καὶ αὖτε ουσιῶς διέδρασε.

Ἐκ τοῦ εἰώντων συμπλακήσομεν, &c.] Antea συμπλακήσομεν. Illud verò in Med. & Henr. deprehendimus.

P. 22. Τὸ δὲ μῆτε αἴτιπαλον, &c.] Prima huius mali labes à Valente ortum habuit, qui Gotthorum auxilio confisus, quibus agrum ad se se configuerat. attribuerat, ἥμελψ τῷ λοιπῷ τοὺς Ρωμαϊκοὺς στρατιῶτας αὐξῆσαν. τοῦτο μὲν δὴ πάλαι στρατευομένοις, τοῦτο δὲ τοὺς πολέμους θυραῖς αἴχμασιν αἰχμοῖς ψυχεώσετο τοῦτο συστελεύοντος ἐκ τοῦ ἐπορχίῳ τοῦτο κύμας στρατιώτους οὐργήσαντο, οὐδὲν κοντα χρεῖοντος ψυχῆς ἐπειδου στρατιώτου τοὺς συστελεῖσας. ἀπαγεῖαθα κελεύσαντο. Hæc Socrates lib. 4. cap. 34. Additque postremo τῷτο δέχθη γέγονε τῷδε δυναχῆσα τότε ταῦτα ὄλιγον Ρωμαϊκον δέχθαι.

Δέοντα τοῦ Σκυθῶν, &c.] Scytharum nomine Getas, Massagetas, Sarma-tas, Hunnos, Alanos, Gotthos, ac Germanos etiam ipsos antiquitas comple-xa est. Plin. lib. 4. cap. 12. Strabo lib. xi. ἀποδύσας μὲν δὲ τοὺς ταραχούσεis κοντας οἱ παλαιοὶ τοῦ Ελλήνων συγερφεῖς Σκυθῶν, τοῦ Κελπονίθας ἐκάλεσαν. Ceterum τοῦτο suggerentibus Med. & Henr. scripsimus, potius quam ταῦτα τούτα.

Απὸ τοῦ πωλητηρίου τὸ ὄντα, &c.) πωλητηρίου forum est rerum venalium, & ταχτή. id est, lapis unde mancipia vendi solita. Plautus Bacchid.

O stulte, stulte, nescis nunc venire te.

Atque in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat.

Γωλῆται apud Harpocrationem magistratus quidam Athenis erant, singuli ex singulis tribubus lecti, qui ciuitatis vestigialium auctioni præterant, hinc πωλητηρίου locus, in quo conueniebant.

Τὸν τε κηφιῶνα δῆμον, &c.) Aristoph. Vespis.

Αλλὰ γέ κηφιῶνες ἡμῖν εῖσι εἶκεθηδόμοι

Οὐκ ἔχοντες κεντρον, οἱ μάροντες λίμνῃ τῷ φύεσι

Τὸν γένον κατεπιδοσον οὐ παρεπιπεδύομοι

De forensi illa factione, eiūsque iñ Circenses, ac Theatrales ludos ardo-re multa Ammia. Marc. lib. 28. Tac. 2. Hist. Plebs sordida, & circo ac Theatris assueta.

Mήτε τῆς χειρόγραφος, &c.) Siue ad centuriatos, conscriptosque milites, siue ad eos ipsos, qui delectum habent, ista referantur, χειρῶν αἰδοῖς propter κηφιῶνας illos dictum est; οὐδὲν propter Philosophos, quorum in detrectanda militiae causa potior est.

Αλλ' ἔγωγε εἰ νίκας, &c.) Ita Claud. 2. in Eutrop.

— licet sponderent prospera Dini,

Turpe fuit cessisse viros.

Ἐπει τοι γε τῷ πλοὶ Βουλαγίαν θέμιν, &c.) Idem in Ruf. 2. lib.

Nec pudet Ausonios ritus, εἰρηνική regentem

Sumere deformes ritus, vestemque Getarum,



Insignemque habitum Latij mutare, togæque:

Marent captiæ pellito Iudice leges.

Οτδη ὁ σιουρφοεցς, &c.] Gentilis iste Scytharum, ac Gothorum amictus: est enim σιουρφα Hesych. hœdimum corium. At Ammian. Marc. l. 31. de Hunnis, Galeris, inquit, incuruis capita tegunt, hirsuta crura coriis muniétes hœdinus. Sidon. Apoll. l. 1. ep. 2. de Theodorico rege. Circumficit sellam comes armiger, pellitorum turba satellitum ne abfit, admittitur.

Απας γένος ὁ αἰνος ὁ τοῦ τοῦ φυχροῦ, &c.) Innuit hoc ipsum in Caluitij Encymio. Neque verò nouitium hoc institutum Synesij tempore fuit: Nam & diu antè in Græcia tralatitium fuit, Athenis maximè ut ex Aristoph. Thesmoph. appetet, & Scholiaste. eiusdem ad Acharn. publicos ministros appellatos Scythes ait. Apud Suidam quoque σκύθαι idem est atque ancilla.

Καὶ ὁ παπεζοποιος, γένος ὁ αἴσι τὸν ιπνὸν, &c.) παπεζοποιος Hesych. ὁ μάγας, ἀλλ' ὁ τῆς πάσος αἴσι τὰ συμπόσια παρδοκτῆς ἐπιμελούμενος: Structorem vocat Iuuen. Sat. 5. Iam ὁ αἴσι τὸν ιπνὸν ambiguam habet significationem. Est enim vox ιπνὸς πολυσήμων. Hesych. ιπνὸς, καύλινος, Φαρεγς (Corr. φαρος) καλλίκαρος μαγαρεῖον, & μέρες τὶ νεώς. sed & καθερῆνα ita appellauit Aristoph. in Coculo. Ex quibus omnibus caminum hoc loco deligo, & ιπνοποιος eum esse puto, quem Latini furnarium vocant. Gloss. ιπνοκαύλης furnarius qui scilicet panifico præponitur, aut dulciarijs operibus. Vel certè focarium intelligo. Apud Athen. l. 3. ιπνῖται αἴρι sunt quos Plin. 18. c. 11. appellat furnaceos quos à Clibanitis distingunt Critici: et si apud Hesych. ιπνὸς dicatur esse καλλίκαρος, qui & obiter emaculandus, in voce ιπνα, quæquidem ait esse κατάματη τῷ ιπνῷ Corr. καθάρισμα.

Καὶ ὁ ἀμφορεαφόρες, &c.) Hesych. Αμφορεαφόρες τοὺς μίσος τὰ κεράμια φορῶντες appellat. Latini Aquarios, & Amphorarios. Hierony. Epitaph. Paulæ, Iuuen. Sat. 6.

Veniet conductus aquarius.

Ταῦ τε ἀκόλουθον οἱ τοὺς θεαματοὺς, &c.) Proclive est de lecticariis accipere: etenim σκιμπόδιοι pro lectica sumuntur, de qua multa in Eleætis Lipsius. Verùm obstante imprimis videtur, quod ἀκόλουθοι eos vocat. At Hesych. ἀκόλουθος ὁ νεώτερος πάντας, quem secutorem Glossæ appellant, & pedissequum, & Onomast. Latinogr. Cácula ἀκόλουθος: Deinde quod ὄκλαδια vocet, id est plicatiles. Est enim Hesych. ὄκλαδια θέριος πλυκτὸς, & δίφορος πατενὸς οἱ οἱ ἀκόλουθοι Φέρονται τοῖς εἰς τοὺς ἀρρεγεῖς σέξιοις πλοεσίοις: Qui locus sanè cum hoc Synesiano congruit. Ac fortean σκιμπόδιοι hoc loco pro sella sumptus est, idque vox καθίεσθαι, subindicit: Quòd enim nunquam σκιμπόδιοι sellam significare asserit Lips. vereor ut id usquequaque certum sit. Apud Suid. certè, Σκίμποις σκάμιοις, & φιλοσόφων καθέρηα esse dicitur. Sed non minùs apta & lecticæ significatio videri potest, tametsi ὄκλαδια appelletur. Est enim σκίμποις (inquit Etymol. author) μέρες τῷ κεραμεῖτι, μεταφερεῖς δὲ ὅλος ὁ κεραμεῖτος. Phauorinus δὲ μέσον τῷ κεραμεῖτι habet. A Suida, & Aristoph. Schol. dicitur. καλλοκεραμεῖτον, & à σκαμπόδιῳ deducitur quod est καλλινῖ, quòd eiusmodi lectuli in recubitorio altiores, in extrema sponda depressioniores erant. Iam verò cùm ὄκλαδιο idem sit quod σκάμιο, & καλλινῖ, ὄκλαδια



σκιμπόδης haud scio an dixerit Synesius pro χωλοχειρεύσατοις : Constatant
porro σκιμπόδες vnicō αἰαχτίτηι, hinc μονοχίτια dicta, quibus opposita ἡ ἀμ-
φίκιαλος κλίτη (sic enim apud Hesych. lego, non ἀμφίκιελος) ή ἐκατέρωθεν ἐχουσσα
αἰαχτίτηεον. Plato Com. in ἑορταῖς apud Polluc. lib. 10. c. 7.

Ἐπιταχίνια ἀμφίκλων πυξίνια.

quam is interpretatur τινὶ καταχεοληπίδι. Sed fallitur, ut opinor. contra
ταῦταν τριῶν ibidem pro eodem est, ac οὐκέποις, & ὀκταδιάς οὐκέποδίοις
hoc loco. Hæc paulò fusiùs, ut obiter explicarem, cur claudicantes hæc lecti-
cæ dicitæ, videlicet quod vno recubitorio constarent, & ideo extrema, uti
dixi, sponda depressoës essent, id quod à nemine hactenus obseruatum. Hęc
si Synesiāni loci interpretatio arriserit, & ἀγέλους de quois comitatu intel-
ligendus erit, & κατιεδαὶ pro καταχεῖαι accipiendum.

Tois εώνινοις, &c.) Id est, δεκότας, ut Aristoph. Pluto. Plaut. Rud.

Sc. Quis me nominat me? Dæ. qui pro te argentum dedi.

Sc. Quasi tuum esse seruum dicas, Daemonax.

S. Quasi tunc esse feruntur, &c.
Στάσεως ἀπέχαντες, &c.) Ita in i. Henr. sed in altero, & in Med. planè probanda lectio στάσεως αἱ διόρθωτες: Quod tum demum animaduertimus, εἰ μὲν iam plagula ista πρέπει εἴη.

Γενικόν ποιητήν, &c.) Themist. Orat. ix. similiter locutus est. ὡσεὶς σώματος
ἔχων οὐκαίρους ρῆγμα ὑπευθεῖαν ποτε φέροντος τὸ βάθος τοῦ θερμού με-
ροῦ αἰπεῖν. Επομένῳ. Iste ut & apud probatissimos authores, est subita
vi erumpere, aut impressionem facere μεταλλικῶς: quod enim violenter
erumpit, sui præbet indicium Aristot. 2. Meteor. cap. 8. de terræ motu lo-
quens ὅτερος τοῦ ἐφ' ἐν, καὶ τοὺς δύο ἐπι Επομένῳ. Interpres Vatablus, domi-
natur, perperam reddidit, ut & alia in eo opere non pauca.

P. 25. Οὐδὲ ἡγέω τῷ σφετέρῳ, &c.) Atqui contrarium omnino prodit Herod.in Melpom. atque Cimmerios sedibus suis à Scythis Nomadibus pulsos in Asiam venisse, quos cum persequi insisterent Scythæ Medium occuparunt. Et in Clio. Κιμμέοι (ait) οὐδὲ ἡγέω τῷ Σκυθῶν. Οὐ Νομάδων οὐασάτες ἀπίχεατο εἰς τὸν Ασίαν: Quem locum in animo habuerat Synesius, sed memoria, ut alibi, falsus quod ille Scythis, id Cimmerijs tribuit.

Kai αὐτὸς ἐπειγεὶς, &c.) Ut Sesostris, de quo Herod. in Euterpe. & Ariaramenes Darij Satrapa, de quo Cresias in Collectaneis.

Kai ἡ γυναικεῖς πότε, &c.) Amazonas intelligit, quæ à Græcis ad Thermo-
doontem superatæ, & nauibus impositæ, cæsis victoribus, cum nauigadiri-
des essent, temere huc, & illuc peruagatæ ad Mæotidem appulerunt, eiùs-
que loci accolæ Scythes diu populatæ sunt, donec cum ijs pacis, ac matrimo-
niij fœdus inierunt. Herod. Melp.

Os & Aarvelors, &c.) Vide Herod. in Clio.

Kai τὸν δὴ τύπον, &c.) De ea Gotthorum irruptione dicimus ad Themistij Orat. x. quæ eo, ut opinor, pertinet.

Kai οὐμάζος ἐπόιδ, &c.) Claudianus.

Post acies odijs idem qui terminas armis:

Profit hoc vincente capi.

Vide & Latinum Paca. Iordanus. Defuncto ergo Atanarico cunctus exercitus in servitio Theodosij Imperatoris perdurans Romano se Imperio subdens cum

cum milite velut vnum corpus effecit, militiaque illa dudum sub Constantino Principe fœderatōrum renouata, & ipsi victi sunt fœderati.

Τοῖς παλαιοῖς Ρωμαῖς.) Ita Arminianus eōs orbis Romani perniciem vocat.

Ιππωνεῖσται ξένοι.) Thucyd. lib. 2. Εἰσὶ δὲ οἱ Γέται καὶ οἱ Τσάτη, ὑμεροί τε τοῖς Σκυθαῖς, καὶ ὄμοιοι πόλεις ιππωνεῖσθαι.

Ωστερ πάλαι· Λακεδαιμ.) Aelianus Var. 6. cap. 1.

Pag. 26. Εστι μὲν εἴρηστ.] Plato i. de Leg. οὐτε ἀναρρέεται αὐτοῖς εἰ μὴ χάρει εἴρησται τῆς πολέμου νομοθετεῖ μᾶλλον, οὐ τὸν πολεμικὸν ἐνέκει τὰ τῆς εἴρησται.

Pag. 27. Τὸ δὲ χρῆμα τὸν αρεσκεῖσθαι.) Cyrus apud Xenoph. lib. 8. τὸν αρεσκεῖσθαι τοῖς μετίσταις ηγετού εἶται, εἰς διαδύλιον πολέμου τυχόμενον δὲ θεού.

Καὶ πατέρως οὐκ οὐπος.) Vide Sen. i. de Clem. Dio Chrysost. orat. de Homero, οὐκ οὖσον τὸν τῷ βασιλέων θητημέλιον πατεῖσθαι, καὶ υπεριστάσθαι εἶται μετ' αὐτοῖς, καὶ ὀφελεῖσθαι.

Pag. 28. Τὰ μὲν αὐτὰ τὸν ἐλλειμάτων.) Ἐλλειμα est id quod ex tributo, ac penitiatione reliquum est. Latinis reliqua, & reliquarium. Gloss. Ἐλλειμα, reliqua, reliquarium. Aliud Gloss. Reliquarium ἔκτοις λειπάσθος. Apud Hesych. verò ἔκτοις est ὄφελον. Sed hoc loco nescio an λημάτων potius legendum sit, siue quidpiam simile.

Οὐ μὲν γάρ εὐδήλωτος.) Latinus Pacatus: Et priuatorum quidem avaritia licet mala, tamen aliqua defensio est, timetur in opia, & reponitur senectuti, & prospicitur heredi. quam affert causam concupiscendi, qui quantum ubique est, habet?

Τὸ χειματίσκει τῷ φελον.) Plautus Mostella.

Nullum adepol hodie genus est hominum tetrius;

Nec minus bono cum iure, quam Danisticum.

Pag. 30. Μένον σὺ οὐκτοῦ τοῦ αὐτοῦ.] Plato Timao. οὐ μέν δι τοῦ πολέμου θλιψταῖς ἔμνει σὺ τοῦ εαυτοῦ καὶ οὐκτοῦ οὐκτοῦ οὐκτοῦ. Dionys. cap. i. de cœl. Hier. μέντοι τε οὐδὲν εαυτοῖς ἀφεύγεται, σὺ δικιντα ταυτοτοι μονίμως πεπτυγμένα.

Βλοτεροῖς ὄφελοις αἰτιολένται.] Pro eo apud Polybium frequens est ἀντοφθαλμοῖς. expressumque id commode ab Horatio 2. Carm. ode 2.

Quisquis ingentes oculo irretorto

Spectat aceruos. —

Pag. 31. Ων τὸν ὄφελον.) Notum loquendi genus de lectis ac præstantibus viris. Aristoph. Οἰκκλησι.

Γινάκεις δέ, τὸν ὄφελον εἶται σὺ τῇ πόλει.

Theocr. Idyl. 13.

— οἱ δέ αὐτεῖς αἰετοῖς στωέποντο,

Γαστῆρ σὺν πολίων παρολελεγμένοι, οὐν ὄφελος τοι.

Arrianus lib. 2. de Exped. Alexand. Άλλα Περσῶν δέ, τὸν ὄφελον, καὶ Μῆδων.

Καὶ γάρ οὗτοι λόγοι.] Laertius in Democrito. πούτου οὗτοι καὶ δύο, λόγοις ἐμέργονται.



NOTÆ AD PHILOSTRATI DIONEM.

Ag. 33. Καθάρη αὶ μεγάλης.) Frustrà Cornarius: velut Magades Musica instrumenta ad Organa, &c. Est enim μαχαῖρα Hemisphærium illud in cithara, quod sonitus causa est, & retinaculum; siue quadratus asper, & incuruus qui lyrae chordas, aut citharae sustinet. Hesych. μαχαῖρα σφραῖρας τετράγυρος τεσσάρων διπλοῦ εἰδῶς τὸν κόπτειν στόντος τὸ φθύσον, ἢ τίνος τετρασφέρου μαῖα μίαν (vbi corrigo τεσσάρων, & δεκαών, & διπτεροδοτα.) Quod verò additū πίκτης τετρασφέρου μ. μ. aliunde, ut opinor, inculcatum est. Adiicit Suidas, ἡ τὸν κόπτειν τεσσάρων, τὴν τῆς λύρης τὸν κόπτειν βασιζουσα. τεσσάρων certè vox etiam apud nostrates lyristas locum habet. Idem Philostr. in Scopeliano, Γάιος γὰς τῆς Ιεράς οὐ Μουσικὸν πεπολυτέμενον ποιεῖται ἐπειδὴ ταῦτα οἱ σμύρναι, τεσσάρης τοῖς ὄργανοις οἱ μαχαῖραι.

Τελευταῖς τε γὰρ πόλεσ. ἡ Λειψίδη hoc loco non tam εἰνιuriam facere, quām supra modum lasciuire, & secundis rebus efferti, quod & ad plantas trans- ferri amat. Clem. Alex. i. Pæd. cap. 8. Τοιούτοις αὐτοῖς διεργαδαῖς dixit in vi- tibus: Quas Sotion. s. Gepon. ὑπομεμνούσας Columel. luxuriosas, siue luxu- riantes appellat; Eiusmodi ergo ciuitates frœno magis, quām verbere coēr- cendæ. Themist. Orat. vi. πάχα σῇ αὐτὴν ὑμεῖς ἐκπνιστὲ παθώσας μελαῖτε καὶ διέργαστε αὐτὸν ἔργαντον ταῦτα λέγετε, καθάπερ ἐνίσχυε δέσμῳ τοῦ τέχνης, οὐδὲν οὐδὲν τοῦ αἴρεται, καὶ τοῦτο τὸ φύσιδενθέον, τοῦ μάστιγος.

Kαὶ ΕΥΦΕΡΓΑΤΗΣ ὁ Τύετος.) Hunc mirificè commendat Plin. lib. i. epist. 10.

Eis τοι γενόντι ἀμάξας.] Horat. Epod.

Io triumphē, quid moraris aureos

Curus, & intactas bony?





NOTÆ AD SYNESII DIONEM.

 PERIS huius argumentum continet epistola CLIV. Scriptum autem est aduersus imperitos quosdam Sophistas, qui cum humanitatis omnis ac liberalium ipsi disciplinarum expertes essent, earum in Synesio studium condemnabant, molestaque ferebant multa illum passim in scriptis suis de Poëtis, atque Oratoribus aspergere, atque hoc veluti condimento altissimis abstrusissimisque disputationibus conciliare suavitatem; tum eum accusabant, quod exemplaria domi haberet parum emendata; utrumque igitur crimen eleganter hoc libro diluit, magnificèque liberalium artium peritiam ac Poëtarum, Oratorumque, & omnis istiusmodi eruditio studium commendat.

Pag. 35. Ev οῖς Καρυέδων.) Adi Philostratum in Vitis Sophist.

Εὐδόξον, αἰδρα τὰ ωρῶν.) Oscitanter hoc à Synesio dictum nemo est quin videat. Nec enim Eudoxus iste Gnidius Aristotelis discipulus esse potuit, si quis annorum seriem computet. Quippe qui Archytæ auditor, & Platonis duobus duntaxat mensibus fuerit, deinde ex Ægypto Athenas reuersus, nouam Platoni scholam opposuerit. Laërt. Strabo verò lib. 17. author est cum eo Platonem in Ægyptum profectum. οὐ σωσίτερον ιερόν τὸν ἔργον τοιαῦτα εἴη, ως εἴρηται πιστό. At Laëtt. πέντες duntaxat μηνῶν τοῦτος σηματό. Quid quod 10. Eth. laudatur ab Aristotele: ut nullum omnino manifesterori perfugium supersit.

Τῇ μὲν τελεῖολῃ τῆς γλώττης, &c.] Hoc est ornatu, siue opulentia: Incertus Scriptor apud Suidam, Αλεξάνδρος Φασίν έτι τοὺς Ελλήνας τὰ οἰκεῖα ἀπεργόντας, δέ τι θητεύαμεταν, καὶ συμβολῆς, Επί τῆς ἀλλας (Corr. ἀλλας) τὴν λόγων πομπέας, καὶ τελεῖολης.

Pag. 36. Καὶ ἀλητείδας ἐκόμιζε.) Philostratus, Ηδονᾶς τε, ὄποσαν λυραν τε, καὶ ἀνθάνει, καὶ βλφωνίας (for. βλφωνίας) εἰσι, πάσας εἰσηγήσαντο εἰς τὸν δίαιταν. At Theodosius ministeria eiusmodi lasciuia, psaltriásque comessationibus adhibere lege prohibuit. Aurelius Vict. Quod sequitur ἐπίσηλεν ὅπει τούτοις συστία. Idem est ac condicere, hoc est, ut ait Festus, dicendo denuntiare: Plautus Sticho.

*Aliud id ne vos miremini homines seruulos
Potare, amare, atque ad cœnam condicere;
Licet hoc Athenis nobis.*

Pag. 37. Γεεδεῖξον δὴ τίνα ὄντα.) τελεῖδεῖξον Dionem vocat id est ambiguum, ambidextrum. Gloss. Ambimanus τελεῖδεῖξος, qui & αὐφιδεῖξος: Quare perperam Corna. admodum dextrum interpretatus est. Symmachus L. ix. epist. cv. Ut planè Homericā appellatione usus τελεῖδεῖξον, id est, equimanum te esse pronunciem.



Ιλεώς έτι φιλοσοφία.) Fortè aptius esset φιλοσοφία: nec tamen alterum displicet.

Καὶ δὲ ρητοράδην αὐτὸν ἡλίθων.] Hoc est, quod Rhetoris proprium est, ut non tam vera esse, quæ dicit, quām videri velit, re ipsa, factisque comprobabat. Nam δὲ πιθανόν, quod in vulgi opinione sedet, Oratoris proprium est. Aristot. 7. Rhet. Elegans vero est usus verbi αληθεύς, pro eo quod est sine dissimulatione agere, aut re ipsa, ac non simulatē munus aliquod exercere. Legendūmque hīc αὐτὸν ἡλίθων.

Pag. 39. Γόλιοι οὐλαιοις θεραπεύονται.) At Iosephus 2. σύνθετος cap. 12. Μία δὲ τῶν εἰσιν αὐτῶν πόλεις, δύο δὲ ἐκάστη μετακομοῖ πολλοῖ, καὶ τοῖς ἑπέρων ήκοειν αἱρετικῆς αἰαντεταταῖς τὰ ποτέ αὖτες οὐκέτως, ὥστερ οὐδέποτε. Cum Synesio facere Plinius videtur l. 5. c. 17. Ab Occidente [inquit] litora Esseni fugitant usque quā nocent, gens sola, εἰς in toto orbe præter ceteras mira.

Pag. 40. Εἰρηνήμων τε, καὶ ἐγραφείνων.) εἰρηνήμων λόγους ita ab ἐγραφέσι δι-
stinguo, ut illæ sint Orationes siue ex tempore habitæ, siue meditatæ, sed
pronuntiatæ: haec vero sint scriptæ duntaxat, & comparatae, non tamen
habitæ.

Επιποιήσοντος τε τοῦ καλλάδ.) Verbi huius frequens usus apud hunc authorem, si-
gnificatque addere aliquid, innouare, & immutare; Sic infrā Επιποιεῖν τῆς βι-
βλίοις, & alibi θεωρούντων καλλος.

Αειτείδης δὲ τοῦ καλλάδ.) Extat Oratio in 3. Tomo operum Aristidis, scripta ad-
uersus Platонem pro Miltiade, Themistocle, Pericle, & Cimone.

Ηταν καλλοντακτοῦ.) Duplex à Synesio Rheticæ genus distinguitur.
Alterum διχαῖον, veterum Oratorum proprium, cui tribuit δὲ σάσιμον, & α-
σφαλὲς & κωνίως ἔχον, id est solidam, ac stabilem elocutionem, & propositis
rebus consentaneam, minimè tamen affectatam: Alterum genus recentiorum
Sophistarum fuit, quorum propria erat ακτις illa, vigor scilicet Oratio-
nis, & affectatus dicendi lepos, qui natuꝝ pulchritudini fucum addit, quod
totum πλυνγειν καὶ εἶναι est. Prius illud Dio amplexus est, cuius dicendi genus sim-
plex est & facile, sed in rebus exprimendis admirabile: ad posterius tamen,
sed caute, ac religiosè deflexit, dum gestiente ingenij facundia paulo ubi-
riū se diffundit.

Γραχεκινδυνάμων, καὶ νεανικόν.) En proprius τῆς ακτις illius, & posterioris
eloquentiæ character. Διχεκινδυνάμων, & νεανικόν dicitur id quod insol-
lentiū est affectatum. Philostratus in Aristide, οὐδὲ μελισταῖς παθέσοις ἀνα-
διδοὺς ήμας, πῶς διὸ τῆς ασφαλές κεκινδυνάμων τε, καὶ παχικός σύνοιας μεταχει-
σατο. Aristoph. Ranis.

— δέσις φθείρεται

Τοιούτοις τῇ Διχεκινδυνάμων.

Pag. 41. Αρχαῖων τε, καὶ στοίμων.) Maximus Tyrius Serm. 15. de Anacharsi,
ως εἴη τις Ελλάδα, ποθῶν ιδεῖν σοφίαν στοίμων, καὶ ἐδράγα.

Pag. 42. Αξιοῦ δὲ ἐγώ τὸν φιλόσοφον.) Vide Themist. Orat. 6. Eleganter ad
eandem sententiam disputat & Greg. Nazianz. in Epitaph. Basilii, cuius ver-
ba, quia ad huius eruditionis commendationem plurimum faciunt, adscri-
bēre placet. Οἱ μὲν γὰρ βίον μόνον, ηλικίαν καταρράκτεις, τῷ ἑπέρῳ δὲ λείπονται, τοῦτον
τὴν ἐπεργθαλμῶν, ἐμοὶ δοκεῖν, Διοφέδεσσιν οἷς μεγάλη μόρια, μεῖζον δὲ διόδος



ορῶσι, καὶ ἐρωτήσοις· οἵς δὲ κατ' ἀμφότερα βίδηι μεῖν τὸ πάχος, καὶ τῇ αἰδεῖδεῖσις, πούτοις
καὶ δὲ τελεῖσι, καὶ βιοπούντις τῆς σκέψης μεγαλούπητος.

Tas δὲ Μούσας οὐχ ὁμοῦ τε οὔσαις.] Noua, aptaque nominis ratio, Musas dictas
quasi ὁμοῦ οὔσαις. Est verò huic loco consentaneus & Themistij ille Orat. i.
vbi eadem de re disputans, Σωτὴρι τι καὶ Μούσα (inquit) εἰπεια οὕση συγχρόνου-
σιν ἀλλήλαις, καὶ τῷ Απόλλοι, καὶ θεομήτραις αὐτοῖς ἀγανάκτει τοις ταῦτας ὅτι μὴ μόνον σο-
φοὶ εστι, μηδὲ αὐτῷ μόνῃ παρεστῶνται οἱ ποιηταί.

Pag. 43. Οἱ δὲ ἀρεμφεῖς θυμοί.) Vide epist. CLIV.

Ta μεγάλα σοφόν τοι. Respexit ad magna, & minora Mysteria, de quibus
Aristoph. Schol.

Pag. 44. Οι μὲν πολὺ.) Sæpe pro οἱ πολλοί, vel τοις πολλαῖς: à quo nec Latini
abhorrent. Horat.

Si quadringentis sex, septem millia desint,

Plebs eris.

At plurimi οἱ πολλοί apud Terent. Eunuch.

Si quisquam est qui placere se studeat bonis,

Quam plurimis.

Tοι γὰρ πῦρ, καὶ δὲ δεινόρον.] Orpheus in Hymno Protei:

— πάσις φυσικὸς δέχεται θεός ἐφηνεν,

Τλίν δὲ πάσαν ιερὸν ιδεῖς πολυμόρφοις.

Elementa verò his animalium figuris significari luculenter docet Heraclius
ille, quisquis est, Homeri Allegoriarum scriptor.

Καὶ ημῖν αὐταῖς.) Themist. Orat. 7. καὶ φυλέων τοῖναι οὐ τὰς οἰνθῶνδις τοῖναι μηδὲ τιναν
αἰδεπανόντων λόγων, τῷ δὲ πινακίδει μελευμόντων παρεστᾶται.

Pag. 45. Μη πόρρω πεσεῖν.) Cicero i. Off. Ludendi etiam est quidam modus reti-
nendus, ne nimis omnia profundamus, elatiq[ue] voluptate in aliquam turpititudinem
delabamur. Quod verò ad earum artium oblationem pertinet, facit hūc
Luciani locus in i. de Vera Hist. Υπόπτοις ἀλέμητοις οὐδὲ παντοῖς ἀλέτοις, εἰ τοῖς πινόντοις
τῷ αἰσχυνομάτῳ ὄμιλοῖς, δὲ μὴ μόνον τῷ τοῦ ἀρεμφοῦ τε, καὶ γενέτος φύλων πρέξῃ τοῖς
ψυχαγωγίαις, ἀλλὰ τινα καὶ θεωρίαις τοῦ ἀμουσοῦ ἔπιδείξεται.

Aρεμφοῖς αὐτοῖς οὐτε μὲν τραχέοις, ἀλλοτε δὲ ἐσθλόσ.

Horat. i. Ser. Sat. 7.

Pars multa natat, modò recta capessit:

Interdum prauis obnoxia.

Pag. 46. Η τοις ἀλέτοις βούλευται.] Aegyptios Monachos intelligit, quorum ea
exercitatio fuit. Hieronym. in Hilar. Similque fiscellas iuncto texens emulabatur
Aegyptiorum Monachorum disciplinam.

Ηδοῖς τελεσιουργεῖτες.] Emendationem hanc debemus duobus optimis
codicibus, Med. & Henr. Nam quod alia habent exemplaria ταχεισιουργεῖτες,
ab imperito librario scriptum est. Nec enim lanificio deditos veteres illos
Monachos accepimus. At ταχεισιουργεῖν huic loco accommodatissimum est?
Idem quippe est atque opus perficere, & ad exitum perducere.

Pag. 47. Κοσμοῖς δὲ μητραὶ σκέψοι.] Plato 7. de Repub. πόλεις οὐ πολὺν φαῦλον.
ἀλλὰ χαλεπὸν πιεσόσῃ, ὅπις τοῖς πούτοις μαθήμασιν ἐκάστους ὄργανον τη ψυχῆς σύνταξι-



ρεπού τε, καὶ ἀναζωπυρόταις ἀπολύμανον τῷ πυριθοίνει τὸν τύπον τῶν ἀλλων ὑπεριδόνυμά των·
κρητῶν δὲ οὐδεὶς αὐτοὺς μνεῖσθαι μόνον γένος δημότας. Ita Clem. Alex. 2.
Pæd. cap. 1. Θέλει τὸν αὐτοφόνον θόρυβον τὸν ψυχῆς σύνκαταρθρόν dixit.

Καὶ θεραπέασιον ἔξεδρόν.) Κεφαλοῖς hoc loco pro loco εἰδικῶς ac singulari
accipio, ex quo argumentum eruitur, ut apud Hermogenem passim. At
κεφαλοῖς ὄντεσσιν, apud Arrian. in Dissert. Epict. lib. 2. cap. 2. idem esse suspicor,
ac caput, sed ēsque definitionum, id est regulas, præceptionēsque, ad quas
exigendæ illæ sunt. Locus ille deprauatus, ac fortasse mutilus Interpretes
malè habuit. Εἶτα (inquit) ὁ εὐσταθέοντος κακῶς ὠείσιν, οὐ γάρ αἴπαντες εὐθεῖαν τὴν κεφα-
λοῦσθαι τὸν ὄντεσσιν. Tentabat: οὐ γάρ ἀκολουθεῖν τὴν κεφαλοῦσθαι δεῖ τὰς ὄντεσσιν; vel αὐτὸν
ἀκολουθεῖν, & ἔτι. Hoc est, nōnne definitionem hanc oporteret Definitionis
regulas, legēsque sequi?

Pag. 48. Αὐτὸν ἐλαυνούσα τὴν καπαβολήν.) Hoc est, cuius prima initia, &
quasi fundamenta ē cœlo demissa sint: id enim καπαβολήν apud Christianos
Scriptores significat. Arrianus i. Dissert. Epict. cap. 13. ὡς τερψ ψός ἐκ τῶν αὐτῶν
απεριάτων, τὰ δὲ αὐτῆς αὐτὸν καπαβολήν. Quām rara autem sit ea indolis no-
bilitas declarat Aristot. 10. Eth. cap. vlt. his verbis: Θέλει δὲ τὸν τῆς φύσεως
δῆλον ὡς τὸν ἐφ' ἡμῖν τοποφύγον; Διλατά τοις αἵτις τοῖς ὡς ἀληθεῖς διτύχεσσιν
τοποφύγον.

Ta τῆς Ελλωνίκης ἀγωγῆς.) Sic emendandum ex Henr. didicimus, cūm in
cæteris alterius periodi initium haud ita commode facerent hæc verba.
Ta τῆς Ελλωνίκης ἤ, &c.

Οποῖος Αρνεῖ ὁ Αἰγυπτίος.] Viri huius sanctissimi meminit Socrat. Sozom.
Suid. Sed quæ inuenta demum sit ab eo γεαμιάτων γέεια, Scholion quod-
dam explicat, quod ex Med. margine transcribere vifum est. Εγειρόντες τοὺς
αὐτοὺς εἰς αὐλαῖσσα τὰ γεαμιάτα, ἐφη, εἰ ὁ νοῦς ἐρρώτα, τὸ γέεια γεαμιάτων; Θέλει
Ζεῦς, Διὸς ἐκφερε γέεια γεαμιάτων αὐτὸν τὸ τούτον ἐχεῖσσον αὐτὸς γεαμιάτων, Διὸς
ἀπεφεύσατο πούτης δειάθη γεαμιάτων, οἵ περ οὐ μέγεδος διτύχοισιν οὐδεὶς, οὐτούς τοὺς τοῦ
τοῦ διδόντας εὐτεύχεται ἐπινορθῶντας.

Pag. 49. Η θεός Φοίνικος φέρει τοις αἰτοῦσσι.) Aperit hanc nobis historiam Æ-
lian. 9. de Histor. Anim. cap. 58. Scribit enim Phœnicem quingentesimo
quoque anno Heliopolim Ægypti ciuitatem aduolare, Sacerdotibus in-
terea de aduentus illius tempore sollicitè contendentibus. Qui locus par-
tim emendandus, partim illustrandus est. Ait itaque, οὐ δέ τις ἀλλος τοις εἰ-
ζόντων ἀποσπριγγεται δαμονίοις τὸν καρέον, ταὶ πτυστιν. Vbi Interpres οὐ δέ τις de
alio sacerdote accipit. Verūm ἀλλως omnino legendum puto, leui quidem
verborum, sed apta sententiæ mutatione. Ille autem (Phœnix) fruſtrὰ illis
altercanibus, &c. idque sequentia confirmant. Οἱ δέ θύμῳ αἰδάλητη αἰδεῖσι, ταὶ ὄμο-
λογεῖσι ὅτι τὸν αὐτὸν τὸν λέγοντας καπαδόντις ἀγροτος γολύν, τοῖς ἴστοις δέ οἱ ὄρη-
θεις. Vbi Interpres, καπαδόντις τὸν λέγοντας γολύν, vertit totos dies circa discipli-
nas, & literas consumere, Parum commode; Est enim potius, ad occasum us-
que Solis confabulationibus, & colloquiis diem terere, quod condere So-
lem appellat Virgil. & Horat. Callimachus in Heraclitum.

Εμοίαθεν οὐδὲν αἴρετε
Ηλιον τὸν λέγοντας καπαδόντα.



Huc p̄orrō referendum puto quod ait Plin. lib. 10. c. 2. Phœnicis vita fieri magni anni conuersionem , licet annorum numero discrepet , quos facit DCLX.

Καὶ καὶ οὐκέτι ἐνεστάλησον.) Quæ sit hæc ἡγεῖα ipsem et epist. ad Hypatiam exponit. *καὶ οὐδὲ πίστις τοῖς λογισμοῖς ἀποδεῖται, οὐ πάρτως δὲ πό μᾶς γέ τοῦ συμφορῆς αἰσπεισθεῖται σὺ μεταμεῖλεται τῷ βίου φιλοσοφῇ.*

Oī ἔ τοι τοις ἀρχέταις ἔθετο μὲλλον.) Barbaros intelligit, qui καθαρικὲς virtutes nulla ratione, sed ἀλόγως consequantur, nec prudentiam in his connumerant. Quod autem hīc ait eos κρατιῶνται τοις ἀρχέταις, aut ita capiendum, ut sola ipsi exercitatione virtutes eas excolant atque eo impetu quodam animi ferantur; paclatimque confirmant, aut κρατιώνται, idem erit ac νομίζονται κρατιώνται. Quod loquendi genus Græcis familiare. Sic apud Aristotelem sāpe οἱ πν κόνοιον λύραντες, & λύραν τὸν κόνομον, de iis qui mun dum genitum asserebant. Themistius orat. 1. πάλοις, καὶ σύλλαχος λύραν pro fuscipere ex generosis parentibus; Quinetiam Plato in Theat. ποὺς ρέονται vocat Heraclitum, & alios, qui fluere omnia dicebant.

Ως οὖν ἔστι γέ μη οὖν εἰσέραγ.) Galenus Tractat. quod opt. Med. sit Philosoph. Σύμπασσαν γέ ἀληθεῖς ἔχονται, καὶ οὐχ οἷον τε μιὰς λύτρασθαι λαβόντι μη οὐχὶ τοις ἀλλας αἴτασις θεοὺς αἴκονενθουσιας ἔχειν, ὥστερ δὲ μιὰς μητέρους δεδεμένας.

Διαὶ τοις Διάγονοῖς.) Crediderim hoc Glossema esse ab aliquo ad libri oram adnotatum, qui ἀλλο istud interpretari vellet.

Pag. 51. Οἵ οἱ αἴτιοι εἰπέσθησαν τοῦ θεοῦ κονομα.) Falsum dogma reddit Corn. haud recte: Arguit enim id quod sequitur: Nam si falsum dogma est, quomodo eorum additamentis deprauatum redditur? Nec ignoro alias τοῦ θεοῦ κονομα pro falsa, prauaque narratione sumi, ut apud Dioscor. in Praefat. ἀντὶ τοῦ περιέσθαι αἴτιος, αἴτιον τοῦ θεοῦ κονοματων ιστοιας: Vbi Interpres doctissimus Ruelius non satis exprimit, solo narrationis nomine, addendum enim fuit, falsæ, aut prauæ narrationis. Plutarchus de Iside, & Osir. & πάρτες ἀποδεῖχον τοῦ θεοῦ κονοματων ὥστερ ἀλλα πολλὰ νομίζοντες. Vbi τοῦ θεοῦ κονομα τῷ το restitu: verum nonnunquam etiam τοῦ θεοῦ κονομα pro simpliciter accepta ab alio narratione sumitur.

Noſ οὐδὲ οὐκ ἀξιον.) Platonis & Aristotelis dogmata secutus νοῦς & διέγενοται distinguit. Plato in calcet lib. 6. de Repub. Διδύοισιν ἡ καλὴν μοι δοκεῖ τινος τοῦ γεωμετρεῖν τε, καὶ τινος τοῦ πολιτεύεσθαι, ἀλλ' ὡς μεταξύ τοῦ δέξιου τε καὶ νοῦ τινος Διέγενοται θεοῦ. Dixerat enim anteā νοῦ circa τὰ αὐτοῦτα versari, διέγενοται vero non circa τοις Σηρχαῖς, sed circa τοις Κανθάροις, cuiusmodi sunt Mathematicæ disciplinæ. Vide Arist. 1. de anim. c. 4.

Pag. 52. Η ἡ αἱματία ἐ τούτῳ.) Aut πότεν expungendum, aut posterius illud τῷ. Aut certe duæ hæ voculæ perperam repetitæ.

Oī καὶ πίκτεται ποὺς οὐδὲ.) De eodem Sophistarum genere in epistola ad Hypatiam: αλλ' οὐκέτινοι οὐδὲ αἱματίας ἡγουμένης τῷ Θράσος, τοιχογέρατοι πομπῶν εἰσι τοῖς τῷ νοῦ Διέγενοται, οἵσι οὐκέτινος θεοὺς αἴκονην τινὰ τοῖς τοῦ αἰσυλογίαν συλλογοῦσι, καὶ μηδεομένων ἐπικυτλεύσοι τοῦ λόγου.

Pag. 53. Πολλοὶ μὲν τὸν εἶναι πρέψει τῷ θεοῖ λέγοσι.) Galenus Protrept. ad artes. Καὶ τοις αἰχεσοῖς τὸν μὲν οἰκέτευον δραχμὴν ἐπι μετανοίαν αἴξιον, αὐτὸν δὲ τὸν δεσπότευον αἴτιον



μηδεμιᾶς; τὰ πάλιν λέγω μηδεμιᾶς; οὐδὲν αὐτὸν προσθίνει τὸ ποιότητον λαβεῖν.

Αγέρασον ἐγώ βούλεται.] Videtur reponendum βούλεμεν, nisi utrumque ad
dī, tis referatur.

Καὶ πομπαῖς πρέπει.) Symmachus epist. ad Ausonium, de eius literis.
Quasi ego cenas dapales, et saliare conuiuum, tum viscerationes atque epulum pos-
tulasse, tu mihi mensas secundas, et scitamenta exiguae lancis apponeres. Gregor.
Presbyter in vita Gregor. Nazianz. συκαλεῖ μάνιμας, ων αἰδρες, Γρηγόριος πατέρι,
οὗ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος εἰς τὴν πανουρατικῶν πομπαῖς τῷ λέγων. προσχεῖται ἐν αὐτῷ
ἀὐλας καρυκεῖα, τῷ Σεφι φρονεῖς απάντησις ὑψηλωτέρα. πομπαῖς porro struicem ap-
pellat Plautus Menæch.

Cereales cenas dat, ita mensas construit,

Tantas struices concinnat patinarias.

Pag. 54. Τί νοῦ αὐτὸν γίγνεται συναδηλον.) Hæc verba, absque interrogatione legēda;
pro γίγνεται νοῦ αὐτοῦ τι: Quod leue quidem, sed plærumque ab librariis, & inter-
pretibus non animaduersum. Frequens ea certè est apud Aristotelem inuer-
sio, vt 4. Physic. cap. 12. τις οὐ διαθέτει τοιν. εἴτι νοῦ ὁσ, εἴτι ὁσ οὐτού, & 5. Phy-
sic. cap. 2. τις οὖν εἶται, οὐτεπεὶ δύνατον οὐσιαν ψυχήν, έτα δι τοιν γνόμονος η κίνηται, η
γίγνεται. Quæ tamen verba cum interrogatione leguntur. Primò item de ge-
nerat. cap. 3. τις μὴ γίγνεται οὐ μὴ οὔτε τινός: vbi manifestè errant, qui interro-
gationem addunt, vt & cap. 5. his verbis η οὖν παῖσιν ητον πούπον γίγνεται.

Δικαιον ἐφέτει.] Suidas hunc locum proferens, corruptè ἐφετον legit. Errant
verò ἐφέται Athenis capitalium causarum iudices, numero unus & quinqua-
ginta, authore Polluce lib. 8. At Suidas scribit eos fuisse Π', hoc est LXXX.
nisi mendum subsit, & à librario prima dumtaxat litera nomine πετήκοντα
scripta sit. Vide præter Suidam, & Pollucem, Plutarch. in Solone, & Harpo-
cationem.

Αλλ' οὐδὲν οὐτον οἱ Ρήτορ.] Idem ferè Plato in Theat. vbi ait Oratores si
cum Philosophis comparentur, seruorum instar esse: quod Philosophis qui-
dem αἰτι πρέστι δολοί, τὰ τοὺς λέγοντας τοι εἰπών έτι δολοί ποιοῦνται: Illi verò οὐ αἰτολία
τε αἰτι λέγονται, κατεπειγόντων διδωρέον. τοι οὐτοις οὐδὲν έπιτιμήσων τοὺς λέγοντας
ποιοῦνται. Διαλ' αἰτίκων εχοντος αἰτίδικος ἐφέτηται.

Αλλά μηδὲ μέλλεται δικαστή.) Theophrastus apud Laërt. οὐδὲν πομπήν, Δια-
λέτε συνέδριον ράβδον οὐδὲν βαλητην λαβεῖν. Cæterum de Recitatione, commissio-
néque Poëmatum, aut orationum, qua de multa hoc loco, pridem scripsere
viri docti, ac pro suo quisq; instituto diligenter obseruauere ex Arrian. Dis-
sertat. Plinio in epist. Mart. Plut. Pers. & sexcentis aliis.

Pag. 55. Οὐ εἶται τοι βαλητην.] Vide Plut. οὐ τοι τοι τοι ακούει.

Καὶ δι ληκτήν ητοι.) Martialis lib. 6.

At tu multa diu dicas, viticisque repente

Ampullis potas semiupinus aquam. Huc referri possunt haud ab-
similia vocis lenocinia, quibus ad eam commendandam vñi plærumque ve-
teres, deque ijs Quintil. lib. 11. cap. 3. & lib. 1. c. 8. Sit autem imprimis lectio vi-
xilis, &c. non tamen in canticum dissoluta, nec plasmata (vt nunc à plerisq; fit) effami-
nata. Scio plasma quorundā sententia aliud significare, sed non minore alio-
rum authoritate impulsus de potionis genere illud accipio: id quod & no-
uissime ad Persiū securus est eruditio illo Commentario Isaacus Casaubonus.



Atque eiusmodi delitias prohibent in clericis Canones antiqui. Distinct. 92.
Cano. Cantantes. Audiant, inquit, hæc adolescentuli, audiant hi quibus psallendi in Ecclesia officium est. Deo non voce, sed corde cantandum: nec in tragædorum modum guttur, & fauces dulci medicamine liniendaæ sunt, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica; sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.

Tuχαριδις οὐ γοῦν ὡς ἀκροατῶν, &c.) Plin. lib. 1. epist. 13. Tametsi ad audiendum pigre eatur, plerique in stationibus sedent, tempusque audiendis fabulis conterunt, ac subinde sibi nuntiari iubent an iam recitator intrauerit, an dixerit prefationem, an ex magna parte euoluerit librum: tūm demum, ac tunc quoque lente, cunctantérque veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt, alij disimulanter & furtim, alij simpliciter, & liberè.

Καὶ ἀφεγνά μόνον θέματα.) Lucian. in Toxar. Κωφὰ τεραπεῖα δηρνιδία θέματα, καὶ παμμέγεσ τεχνώτα. Vsus est eadem voce ὄμων μος ad σύμα, & χείρα. Est enim ἀφίρετο θέμα hiscere, os diducete: τὸν χείρα verò idem ac manum attollere, atque extendere.

Oὐδὲ ταχὺς καθεύδρας ταχιδόντων.] Clepsydram vas quoddam ad iudiciorū vsum fuisse nemo est, quin audierit. Illud verò haud æquæ protritum est, quæ eius forma fuerit, nec accurate ab ullo, quod sciam, haec tenus obseruatum. Frustra enim literatorum vulgo persuasum est, huic nostro simile fuisse, quo horarum interualla partimur. Nam neque duobus ex vasculis veterum Clepsydra constabat, sed uno tantum; eoque aqua non perpetua, sed quæ infusa identidem transmittetur, subiecto, ut opinor, vase recepta, aut certe quæ singulis causis noua, atque appensa transfundetur. Fuit verò una ex parte tenue, & angustum foramen, qua parte scilicet orificio erat in vicem coli graciliter fistulatum, per quod guttatum aqua deflueret, Author Apul. 3. Metamorph. Altera verò parte non unum foramen erat, sed plurima, per quæ aqua infundebatur. Vnde translata, ut arbitror, Clepsydræ appellatio ad ea vasa, quibus ad perpluendas hortorum areolas utimur, quorum æque in orificio unicum foramen est, in fundo pluribus aqua defluit. Lucem inde accipiunt, vicissimque præbent Empedoclis versus qui ab Aristotele laudantur, lib. de Respir. c.7.

— ὁστερ ὅτῳ πάντας

Κλεψύδραις παῖδουσα δί βύπτετος χαλκοῖο
Εὗτε μὴν αὐλαῖς πορθμὸν ἐπ' Αἴδενι χειρὶ θεῖσα
Εἰς ὕδατος βάπτησι πέρην δέμας Δέργυφεσσοι
Οὐδὲ γ' εἰς ἄλλος ἔτ' ὅμερος ἐστρέψεται, διὰ μὲν εἰργά
Αέρες ὅτις ἔσωθι πεσὼν ἐπὶ τηματα πυκνά.

Quem enim vocat αὐλαῖς πορθμὸν, pars ea fuit angustior, per quam aqua ad iudiciales vsus laberetur, que per τηματα pumila infundebatur Hesych. Κλεψύδρα κρίνι, οὐ τις θεραπευον ἐμπεδώ τεραπονηρεύετο, σημεῖν δὲ τὸ σκόνος ἔχει τὸ πύρισθαι αἰατ. λούσασε εἰς τὸ φαληρέα δῆμον, ὠρελόγιον, ὄργανον τὸ οὖν ᾧ αἱ ἀρεσταὶ μετέσχουσι. Quæ verba transposita sunt, atque ita ex Suida restituenda οὐ τις ἐμποτιστος. ἔχει τὸ πύρισθαι, &c. σημεῖν δὲ τὸ σκόνος, ὠρελόγιον, &c. Apud Suidam legitur & θεραπεύεται: Qui Grammatici error est: Nam cum apud Aristophan. legisset in Vespis, οὐ νοεῖ πέπετα τὸν νόκτα ποτε τὸν κλεψύδραν.



Vbi Schol. ἀντί τῆς αἰδίος δικαιολογίας; pro vera nominis significatione habuit. Addit Scholia stes, vbi aqua omnis effluxerat, oratorem à lictore virga percussum: (Sic enim hæc intelligo, τὸ τετράποδον τὸ ρήπτηρα,) ne dicendo tempus eximeret, ac præriperet cæteris. Aliud, quod ad eandem vocem attinet, non minori obseruatione dignum attexam. Scribit Hesych. Clepsydram alio nomine αἰδίκην dictam. αἰδίκη, inquit, η δικαιολογία κλεψυδρα. At Pollux dubitanter lib. 8. ἔποι οὐδὲ οἰόντα, τῷ αἰδίκην σχέδιος εἴδη δικαιολογίας εἰπόντος Αεισφόρον.

Οὐκ ἡ λέξις θύεται τῷ Κλεψυδρᾷ.

Καὶ τὸν αἰδίκην εἰς κλεψυδρας οὐτευθύνει.

Quod genus vasis Anancæum Plautus appellasse in Rudente videri possit.

Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit,

Credo herclè Anancæo datum quod biberet.

Sed hallucinatos hac in voce Criticos illos Græcos suspicor, aliudque αἰδίκην esse, quam vas, ex Platonis loco illo collegisse videor, qui est ex Theæteto supra à me commemorato: cùm enim dicat: ἀλλ' αἰδίκην ἐχει οἱ διάποδοις ἐφέπησε, τῷ πορτζαφλεῖ τῷ δεντραγινωσκορδίῳ ενίστημα αἰδίκην cum πορτζαφλῇ, confundendam esse, & omnino scriptum esse quodpiā, seu tabulas, quibus contestata lis, atque actionis formula contineretur, à qua digredi oratori per aduersarium non licet. Nec ab ea coniectura Aristophanis locus alienus est, in quo cum decretis, ac psephismatis αἰδίκην coniungitur.

Pag. 56. Βιτελος ζεονχίζει, &c.) Id est accurate, & scrupulosè excutere. Latina vox deest, quæ id propriè exprimat. Nam exungulare alium usum habet, pro eo quod est vngues præcidere, aut ex vnguis, vel etiam vnguis rapere. Apud Plautum Trucul. Statilax seruus Astaphio meretricis ancillæ cœ uitium faciens, quod herilem filium paternis bonis spoliaret:

Suam non ille meretriculis (ait de Patre loquens,)

Molliendis rem coëgit, verū parsimonia

Duritiaque, quæ nunc ad vos iam exportatur pessima,

Em tu es exungula: malè vivitis: egone hæc missitem.

Vbi, eam tu exungulas, coniiciebam aliquando, vt ad rem familiarem referatur, vel (eum) vt ad adolescentem: Quid si etiam [es] retineatur, id est edis, ac consumis?

Φύονται μὴ γένει λόγους, &c.] Vide Platon. in Theæt.

Pag. 57. Επεὶ οὐ γένει διδάσκαλος, &c.) Multa in eam sententiam disputat Themist. orat. 1.

Επειδὴν ζερπτοντας τοὺς θαυμαστούς, &c.] Alia translatione utitur Petronius Satyr. Sic eloquentiae magister nisi tanquam pescator eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros pesciculos, sine spe præda moratur in scopulo. θαυμαστούς, dixit Synesius, id est discipulos, quam huius vocis potestatem non usque eō tritam sacerdus apud probos Authores deprehendi. Atque ita disertè Hesych. Θαυμαζόντες τὸν μαθάραν. τῷ μαθάρᾳ. Eodemque sensu Arriani locum istum accipio l. 3. dissert. c. 23. θαυμαζόντες, τῷ λόγῳ ἀκουστικός. πότεν τέτοιος θαυμαζόντες. εἰρηνεῖς τὸν σπόδην.

Ei γέροντες οὐδὲ θεοί.



ad contentionem, ac dissidium referrem, quod cum æmulo, ac riuali exercet Sophista, hoc modo: *Nisi enim ab illo dissideat, suum prorsus institutum peruerit; ipsi autem, præceptoris manendum est.* Quod quidem tametsi non improbem, occurrit tamen postmodum alia quædam sententia, quæ nescio an ad Synesij mentem Ἀγρολόγερ sit. Ea est huiusmodi: *Quod si non multum repugnet, nec molestè ferat destitui se à discipulis, illud verò contra νοστραν nostram est, id est suppositionem, ut cum Dialeticis loquar: fingimus enim illum præceptorem esse perpetuō, nec ab eo instituto descendere. Et autem πρεσβεῖα, quod Dialetici dicere assolent, supponi, & πρεῖν supponere, ac in suppositione permanere.* Arrianus in dissertat. Epict. lib. i. c. 7. *ωδεχαρήσθε τοῦ μηνέον εἰσιτήν έτι τὸ πρότερον.* Quod ad verbum προσείδας spectat, eadem in acceptione usurpatum est i. de Prouid. καὶ τὸν πληρὸν, καὶ τὸ μονάρχον νοστραν προσείδας τὸν προσωπίου.

Καὶ ἀπεύξεται μὴ.) Pro simplici *ωξεῖα*, ut Latinis deprecari, nisi ἀπεύξεται malueris.

Ωστερχερχίμιον έπιχλέε.) Epichlæs de genere earum vocum est, quæ τὸν οὐρανὸν προδιηγεῖ sunt: significat enim interdum non plenum. Aristoph. Equit.

Ος ἐπόνος τεο πόλιν ήμην μεσὴν διπὼν έπιχλῆ.

Alias contrà id quod ad labra usque plenum est.

Καὶ οὐκέτι τοι πλάσωσατος.) Plato Theæteto.

Καὶ τεο Θερουμάχου οὐνοσια.] Hic est, qui apud Platon. i. de Rep. cum Socrate disputans, & ad incitas redactus subito excandescit. Themist. orat. i. πόλιας λύεταις λειδεῖσ, οἷας Σωκράτης τεο Θερουμάχου. Arrian. 4. dissert. cap. 5. de Socrate. πῶς πάλιν λύεται Θερουμάχου; πῶς Πάλου; πῶς Καλλικλέος; πῶς τὸ γυναικός λύεται; Atque hunc Thrasymachum perperam interpretes quidam Iuuen. Sat. 7. ad hunc locum. *Sicut Thrasymachi probat exitus atq; Secundi, Carthaginem faciunt, cum Chalcedonius fuerit; vti ex Platone notissimum est.* Imposuit nimirūm illis corruptus æquè Philostrati codex, qui Καρχηδόνος habet pro Χαρχηδόνος: cuiusmodi error identidem occurrere solet.

Pag. 58. *Αῦτη μὴ γένη Ξερθίππη.*) Adi Aelian. l. ii. variae c. 12. Gell. l. i. c. 17.

Τὸ παγδίον ζηγεῖται πολυά.) Rescribo τῷ παγδίῳ, vel τῷ παγδίον. Nec enim puer ullus apud Platonem amatorias orationes legit; sed puer quidam inducitur, ad quem hæcum à Lysia, tum à Socrate habentur.

Ος οὖν ἀπηξίον.] Vide Platon. in Menexeno.

Τεύτης μὴ γένη δύτηκρις.) Plato in Phædone. Ammian. Marcell. l. 28.

Pag. 59. *Καὶ μὲν Δίας τὸ Βεργίδιος.*) Herodotus Clio. Οἱ δὲ Κυρσοῖς οὐρανούς πέτεται θεοὶ αἰώνοι τὸ Βεργίδηνον. Ήν γένη αὐτῷ μαντήιον οὐκ παλαιός ιδρυμένον, τῷ Ιωνὶς τε πολύτε, τῷ Αιολέες ἐωθεσθαι γένεσθαι. οὗτος δέ τοις οὐδὲν (inquit) δημιούργος οὐδὲ Παιόνιον λιανός. Plin. lib. 5. cap. 21. & Strabo. Adi & Porphyri. Homér. quæst. quæst. 8.

Σποιατη τὸ δύγλασίας, &c.) σποιατη nunc pro osoribus; aliás contrario significatu pro assertoribus, ac patronis, ut apud Platonem οἱ σποιατη τῷ θεῷ, hoc est, vniuersitatis assertores, & quasi satellites. Sunt enim σποιατη satellites apud Synes. i. de Prouid. & Antiphontem.

Μη, τοῖν γε αἴμασηπας.) Idem in puerili institutione commendatur ordo à Petronio.



— *Det primos versibus annos,
Mæoniūmque bibat felici pectore fontem:
Mox & Socratico plenus grege mittat habenas.*

Auson. Idyl. 4.

*Perlege quodcumque est memorabile; priua monebo:
Conditor Iliados, & amabilis Orsa Menandri.
Euoluenda tibi.*

Ei δὲ ὅτι οὐ μη διαρρέων.) Altera hæc est velut operis pars, quæ de mendosis & deprauatis exemplaribus purgationem habet. Vide epist. ad Hypatiam.

Καὶ ἀπογεαφεῖς.) Libenter legerem ἀπογεαφεῖς, id est infectores, qui oculos, vultūmque lenocinio colorum depingunt: sic enim ἀπογεαφεῖς τοὺς ὄφεις λαμπούσι pro eo quod est depingere oculos dixit Xenoph. Κύρου παῖς. Quod ad ἀπογεαφεῖς attinet, videamus quām commodè huic loco congruant. Et quidem ἀπογεαφεῖς, ut ex Demosth. & Harpocratō liquet, bonorum descriptionem significat, cùm scilicet qui peculatus interrogaretur, in commentarios referret, quid, & quo nomine possideret: quin & absolutè pro quavis censione, & bonorum descriptione sumitur. Hinc ἀπογεαφεῖς descriptor, censor. Gloss. Vet. In Proscriptionibus quoque ἀπογεαφεῖς proscriptorum bona in tabulas referebant. Hesych. verò etiam pro delatione accipit. ἀπογεαφεῖς [inquit] μηνίως. Quare per ἀπογεαφεῖς hoc loco delatores intelligo, qui ditiores quoque ex Aegyptiis, & Osiridis fautores ad Typhonem deferrent, eorūmque bona in Commentarios redigerent: nisi malis amanuenses, & exceptores, qui Typhonis ad Scytharum Ducum mandata exciperent.

Pag. 124. Επερδείν πάρες ἡν.] Versus hi sunt ex Arati Phænomenis, quos perperam enarravit quisquis ille est Latinus Scholiastes. Hunc fecutus (inquit) Aratus dicit, quod cum esset immortalis in terris morabatur, et à virorum aspectu se subtrahere solita, cum fæminis consultò ludere, et conuersari videbatur. Hæc ille. Verum vbinam tandem Astræam virorum confortia fugisse Aratus dixit, mulierum non aspernatam fuisse?

Pag. 125. Σπίχων ἥμην περπείη.) Aratus.

Παρθενοί, οἵ τοι χεροί φέρεται σπίχων ἀγλανετα.

Hinc tentandus obiter conclamatus ex Petronij Satyr. locus: *Nam in mirabilis illo conuiuio, in quo repositorum xii. habens signa in orbe disposita allatum est, superque (fortè super quæ) proprium, conuenientemque materiæ structor imposuerat cibum, inter alia super Virginem [ait] Stericulam. Sed vide an spiculam legi oporteat, id est paruam spicam.*

Τὸν δὲ εἰδὼς τοὺς ἀχολού.] Eunodius Panegyr. ad Theod. Sed qui ad



mundi paratur gubernacula, necesse est ut uniuersis veniat cardinibus institutus. Eustratius ad v. i. Eth. Δεῖ πολυπερέπτων ἐπί τὸν αὐδρα τὸν καὶ τὸν ὄφδον λέγει σό πόλης περιστήν Βουλόμενον, πολλὰ τ' ἴδειν, πολλὰ τε ἐπί καθ' ἔκσοτ τὸ γνώσθ μνοράθων αὐτοῦ, &c.

Οτόφη που τὸς φύνται.) Themist. Orat. 3. Καὶ λέγει τὸς ὄφδων ἀλλα τὸν τὸν γελῶσαν ποντίν, ὅτι μηδὲν ἔστιν ἀγαθὸν σὸν τὸν βίον.

Φυόμενον ὥσπερ δένδρον σὸν ρίζην μιᾶς,
Αεὶ δὲ ἀρέ αἰτος περιστέφυκε καὶ κακόν.

Euripid.

Οὐκ αὖ φύοι πο χωρεῖς ἐσθλα, καὶ κακά
Αλλ' ἔστι τὸς σύγχεσοις, ὡς ἔχει καλάς.

Pag. 126. Δοιοὶ γάρ τε πίστοι.) Vide Maximum Tyrium Ser. 35.

Δύσσομα τε δύσσετο.) Rosam enim aiunt, si alia iuxta serantur, fragran-
tiorem fieri. Didymus lib. II. Geop. εἰς σκέψεων τελεφυτεύσης τοῖς ῥόδοις, δύσσε-
τερα ἔσται.

Pag. 127. Τὸ δὲ Διαφόροις.] De eo Problemate adi Plutarch. initio Set-
torianæ.

Τὸν κόσμον ἐν ὅλῳ.) Sic in lib. de Insom. ἐδίκιον οἶμεν τὸ πλήρες τούτου συμπαθῶν
ὄντος, καὶ σύμποντον τὰ μέρη περιστέκειν ἀλλήλοις, ἀπε τὸν ὅλον μέλη τοιχάνοντα.

Ei δὴ φύεσι.) Magis utique consentaneum erat Orationem hunc in mo-
dum inuertere. οὐδὲ φύεσις τοῖς νόσοις ἡμαῖς, αἵτια φύεσις τοῖς αἰτίαις ἡμαῖς: aut
certè, τὸς οὐδὲ φύεσις εἰς τοῖς αἰτίαις αἵτια φύεσις τοῖς νόσοις ἡμαῖς. Qui enim
fieri potest, ut quae in inferioribus sit generatio alterius causa sit, quae in
superioribus contingat? φύεσις porrò τοῖς νόσοις ἡμαῖς, cœlestium orbium
sempiternos, ac descriptos motus appellat. Ab eo dogmate non alienus est
Plutarc. opere anteā citato. Oi λόγοι (inquit) σύνεργοι, καὶ ἀρροτοὶ λόγοι, Καὶ εἴδη,
καὶ διπόρροι τὸ θεοῦ λόγοι τοῖς φύεσις παθητικοῖς διεσταριθέα, γῆ, καὶ θαλάσση, καὶ
φυτῶν, καὶ ζώοις Διαλεγένθεα, καὶ φθεούμενα, καὶ θανόντα, καὶ πολλάκις αὐτοῖς ἀκ-
αρτυπεῖ, καὶ αἰσφαγεται τοῖς φύεσισι. Quod vero emendauiimus ei δὴ pro οὐδὲ,
Med. fidem secuti sumus.

Αποκαταστάχει τελεῖδος.) Colum. lib. 3. cap. 6. de legendis malleolis lo-
quens. Nec tamen (inquit) ultrà quadriennium talis extenditur inquisitio: Idenim
tempus ferè virentium generositatem declarat, quo Sol in eandem partem Signife-
ri per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium cœperat, quem circui-
tum meatus dierum integrorum, Mille quadringentorum sexaginta unius διπο-
τασσαν vocant studiosi rerum cœlestium. Sidon. Apollin. lib. 8. epist. II. Seu su-
per diametro Mercurius asynditus, seu super Tetragono Saturnus retrogradus, seu
super Centro Mars Apocatasticus exacerbassent. Cæterū ἀπλαῖς τελεῖδος, &
διποτασσαν eas appellat, in quibus ea duntaxat sidera concurrunt, quae ea-
dem, sed simplicia effecta restituunt, ut cum homo nascitur eiusdem cum
altero, qui olim extiterit, temperamenti, sed cæteris in rebus dissentientiis:
οὐδὲν vero, in quibus multorum ex siderum consensu non eadem modō
corporis habitudo, sed & reliqua omnia, pleraque saltem, cuiusmodi olim
in aliquo fuerant, redduntur.

Pag. 128. Αλλ' οὐδὲ θάμνοι.) Si vero in mundum introductus est sa-
piens, ut rerum naturam contemplaretur, cur cundem θάμνοιa vetat esse



Pythagoras? Quare palam est de huius loci ac sententia de prauatione, quæ ita fortassis restituenda; vt ἀλλ' οὐδὲν ἡ θεάμωρ, vel οὐδὲν ἀλλ' ἡθεῖ, &c. legamus hoc sensu, nihil aliud quam spectatorem esse sapientem. Legebam alii quando φιλοθεάμωρ, id est, spectandi nimis auidum.

Ως Κακός ὁς τις.) Nihil in ea lectione demutandum. Frustra enim est vir doctus, qui ita corrigendum censuit Κακός οὐτος οὐτος κακός πειρατὴς τὸν θεάμωρ θεάμωρ εἴκεσσον, vel κακός εἴκεσσον οὐτος. Nec animaduertit pendere hæc è superioribus: cum enim percontatus esset ecquis prudens, ac moderatus spectator esset, adiecit, An quod omnibus manifestum est, id à me dicendum est, quod is scilicet eiusmodi sit, &c.





AD SYNESII EPISTOLAS

NOTÆ.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

ST A fermè accidit, ut quo quisque Scriptorum illustrior fuit, magisque in omnium usu, ac studio peruagatus, eo magis sit varietate lectionum, aut, quod molestius est, mendis atque erroribus refertus. Hoc in Ciceroni, Plinio, caterisque Gracis pariter, ac Latinis experimur quotidie. Quorum scripta, quod manibus tererentur omnium, atque identidem à Librarijs exscriberentur, variantium vocum, ac lectionum multitudine praetexta sunt. Eadem in Synesio nostro causa extitit, cur ex omnibus eius monumentis Epistolicum hoc opus maculosum imprimis, ac varium fuerit. Cum enim iam olim apud antiquos celeberrima Synesij Epistola forent, ut ex Suidæ, Euagrij, Photij, alicorūmque narratione constat: inde factum ut cetera quidem, que nostra etiam etate obscuriora sunt, Authoris illius scripta sinceriora ad nos, atque integriora peruenirent. Epistola vero multis imperitis Librariorum erroribus, atque eiusmodi lectionum ambiguitate, & copia scaterent. Itaque plus à nobis in ijs recensendis opera, quam in reliquis adhibitum est, ut ad Veterum Scriptorum fidem, quorum nobis festina copia fuit, hasce Epistolas exigeremus. In quibus plurima sane loca insigni aliqua labore deformata germanæ lectioni restituta sunt; id quod ex hisce Notis comperies: quamquam lenicula quedam, sed communi superiorum omnium editionum iniuria neglecta, ita correxiimus, nullam ut in ijs illorum mentionem faceremus. Iam quod ad Epistolarum ordinem spectat, tametsi tumultuarie omnes, nullaque temporum habita ratione congesta sint; nihil tamen innouandum in ea editione decreuimus, ne qui eas in alijs editionibus legissent, qua hoc ordine laudatas ab Scriptoribus viderent, in ijs reperiendis postmodum laborarent. Hac apud te quisquis hac curâ dignabere, præcinerere, auspicarique non abs re mihi visum est.



LIBRI VETERES QVIBVS AD
HANC EPISTOLARVM EDITIONEM
ADIVTI SVMVS.

Medicæ duo. Med.

Henricianus unus.

Morellianus, quem mihi doctissimus Morellus commoda-
uit. Mor.

Petavianus. Peta.

EPIST. I.

MAΙΔΑΣ ἐγένετο λόγος.) Melius id Græci, quam Latini usurpant: illi enim πατέρα Authorem, ac Scriptorem appellant. Athen. epist. lib. 1. Αθηναῖος μὲν τῆς βίβλου πατήρ. Clem. Alex. I. Strom. καὶ λόγος οὗτος, τῷ πάνδας αὐτὸν τοῦ ἐπιτη νεταλεῖπεν, οἱ μὲν γε πάνδες σωμῆς, ψυχῆς δὲ ἔγονοι οἱ λόγοι.

Πανδίμου Ρητορεύματος.) Cic. Tusc. 2. Popularis est enim illa facultas, & effectus eloquentiae est audientium approbatio:

Οὐδὲ πρώτῳ τοῦτο λόγος.) Caluitij Encomium intelligit, ut est in Med. scho-
lijs: In quod utique τῆς απονθάνεται μεριδος plurima congesta sunt.

Διὰ τὸν Λυσίππον.) Lysippus ergo pictor? Insignis, inquam, ille statua-
rius? falsum haud cunctanter memoria Synesium dixerim, qui Lysippum
pro Protogene accepit. In quem proculdubio istud conuenit. Plin. lib.
35. cap. 10. Neque momentum in ea ratione ullum est, ut Apelles à Ly-
sippo introductus dicatur. ut de picturis iudicarer, Lysippus verò ab Apel-
le vicissim ut de statuis pronuntiaret, cum hinc nulla sit statuarum facta
mentio.

Epift. 2.

Αφοία μεγίστη.) Germanus huic Plutarchi locus est in Agide & Cleom. Καὶ
τὴν αἰδρίαν δὲ μοι δικοδοντον τὴν αφοίαν, ἀλλὰ φόρον φόρου, τῷ δέος αδδεξίᾳ οἱ παλιγτοὶ νο-
μίζουν οἱ γῆς διλαταρι τετράς τοι νόμοις θερραλεωταρι τετράς τοις πολεμίους εἰσι.

Σὺ δέ αὖτε ηγεμόνις.] Ita apud Quintil. lib. 6. c. 1. Egregie nobis adolescentibus
dixisse accusator Cossutiani Capitonis videbatur, Græcè quidem, sed in hunc sensum:
Erubescit Cæsarem timere.

Epift. 3.

Νομφετεῖας βασίλειον.] Noua, nec visitata nominis acceptio. Non enim pro-
nubā hoc loco, sed νομφεῖον ipsam significat. Apud Suidam dicitur, ἡ νεόγαμος:
verum aliena ab hoc loco potestate, cum postea dicat, optasse illam, ut secun-
dum nuptias saltem mors illa contigisset.

Τινεῖδομεν, καθ' οὐδὲ ήμετοις. Quæ quidem mortuis consecrata. Eccles. 22.



Lucretus mortui septem dierum. Genes. 50. Et fecit luctum Patri suo septem dies. Quem locum enarrans D. August. lib. 1. quæst. in Exod. quæst. 172. Nescio, ait, utrum inueniatur alicui Sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud Latinos Nouendial appellant: Vnde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum servant, qui magis est in Gentilium consuetudine: septimus vero dies autoritatem in Scripturis habet, &c.

Εὐθύ τε υπέρων.] Strabo lib. 17. μῆδος Βερείχη πόλις ἦστι πεύχεια, καὶ αρούρα καλούμενη. Una est ex Pentapolis ciuitatibus Ptolem. Plin. lib. 5. c. 5.

Ταυτότατή περιπρεφέρει.] Scholion quoddam Med. codicis φανοντος esse ait τὸ δέ των καλουμένων πύργον. Verius fortassis est ad capillorum structuram id esse referendum de qua Nazanz.

Μη κεφαλής πυργοδάστηδοις πλοκάμοις γυμνάχες.

*Tertull. lib. de Cultu fœm: Affigitis præterea nescio quas enormitates futu-
lum, atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capi-
tis, & operculum verticis, nunc in ceruicem retrò suggestum.*

Αρμοίος δέ τοις διαφοροῖς πατέρων.] Ex utriusque Med. Scholijs intelligimus. Harmonium istum tres habuisse liberos, Aeschinem, Herodem & sponsam istius matrem. Quæ quidem familia Syncsio nostro συγγενὴς fuit. Iam vero cum Herodes auunculus Harmonij neptem ignobilissimam in gentem collocavit, Auo ipsi iniuriam fecisse dicitur.

*Αλλ' οὐδὲ διδύμεια.) Sic accipio: Tametsi longè esset nobilissimus, modi-
ca tamen fortuna contentum fuisse.*

*Eis Σωσίας, καὶ Τιθονος.) Vide Iun. in Adag. Vbi ἀπέδοτο sic interpretatur, quasi
idem sit atque in numerum referre: Alij nuptui collocare. Ego vendere in-
terpretatus sum; forte quod muneribus ab ignobili sponso pellectus, aut il-
lius opibus inductus eam tradiderit.*

*Τοῖς δέ τοις γένεσιν τοις γεγονόσιν.) Quos vulgo quæsitosturis consulti vocant. L. 5. Dig. De
in ius vocandis. Mater certa est, etiamsi vulgo conceperit.*

Epist. 4.

*Τοὺς φάειαν μύρμηκα.) Ptolem. lib. 4. in Perigraphæ Cyrenaicæ regionis.
μύρμηκες εἰσὶ τοῦτοι τῶν χώρων αἴσται, μύρμηξ ὑπόστις λαγία ἡ Αφρεδίτης ὑπόστις.*

*Γαρδίχεια τῶν Διαγετεῖων.] Elegans vocis istius potestas, pro eo quod pro-
priè admodum vernaculaus idiotismus exprimit, un passe-temps. Ita sæpe
Plut. ut in Timoleonte. Διαγετεῖων τοῖς Πνεύμονος πρᾶξις εἰ φοίνικες ὄρτες οὖν διέ-
σπειραντο τοῖς διὰ πάτητος τορπεῖσιν οὐδέποτε θεραπεύοντος.*

*Τὸν πρῶτον τὴν Γοργόνων νεών.] Illud idem suspicor, quod Strabo à Rhodiis
conditum prodit, lib. 1. memorabili euentu, cum mare conflagrasset, atque
inter Theram & Cyrenas insula ex incendio coalusset, quo quidem
Rhodij θαλασσοχειροπόντις penetrare ausi, Ποσειδῶνος αὐτοφαλίου ιερού οὔδρυσθι.*

Εὐθύ ταφοσίειδες.) Meminit Ptolem. & Plut. de Iside.

*Καὶ ἀπεπιεῖται τῆς σκύλλης.] Non eam quæ propriè sic indigerata, in freto
Siculo, sed aliam similem. Atque hinc nos Galli escueil, deduximus, hoc est
inaccessum scopulum, & naufragum. Gloss. Isidor. Scyllæ saxa latentia in
mari. Quod sequitur, ἡ δὲ τοις γεαμματοῖς διπλοπαλάμεδα obscurum est. In
Pet. Cod. interlinearis glossa εἰς τοὺς συμφωνίας habuit. Vbi συμφωνία opinor*



quisquis ille est, pro pacto ac conventione accipit, siue conventionis tabulis. Ita enim in Gloss. Conuenio συμφωνία, & conuentum σύμφωνον. Verum haud scio quām rectē ea vocis huius significatio loco huic congruat; nec aliud præter suspicionem habeo, quod substituam, atque hanc fortasse leuem: quæ est huiusmodi, ut pro γραμματίοις, legendum sit ἀγραμματίοις, ac cantionēs quædam significantur, quibus infames ijs scopuli celebrentur. Cū enim in margine, vti assolet, adnotatum esset, γρ. ἀγραμματίοις, conflatis in vnum duabus vocalis γραμματίοις scriptum est.

Oὐ γέ δὴ πλησίεδα.) Sic in quatuor veteribus reperi, Pet. Med. duobus & H. totidem, non ἀποστολαῖς ut in vulgata edit, cui & nupera illa Morellij editio subscrabit.

Τέλος Αρχέτορος συχνοί.) Equites Sagittarii. Vide Notit. Imper. Orient.

Ταῖς αρπεδόνας δίενεμον.) Schol. Sophoc. ad Antig. in hæc verba.

Βεόχει μητρώῳ σιδήνος καθηδίλιαν.

Κνεῖως, ait, τέλος αρπεδόνων, τέλος εἰς τοῖς υφάσμασι φασι. Apud Polluc. l. 5. c. 4. in Pedica catena quædam αρπεδόν dicitur. hoc loco simpliciter pro funiculis accepi.

Οἱ πεθνάνται τελεσθεκόστεροι.] Consentunt MS. 4. Med. 2. Mor. & H. in hac lectione οἱ δὲ Αἰθίανται τελεσθεκόστεροι, quæ quid velit nescio.

Περιτοίζει τὸν ναῦν.) Nescio an melius sit απετονίζει quod secutus est Cor-nar. vt sit sensus: fragorem illum ex nauis subsidentis illisione fieri putabamus, quanquam περιτοίζει in omnibus MS. legerim.

Αζαρεῖον οἴμοι καλοβόν.) Ptolem. in descript. Libyæ, Azar montis meminit, & Azarorum Plin. l. 6. c. 29.

Ἐπὶ καβοῖς θύτυχεν.) Scripsimus θύτυχεν, pro θύωχεν, secuti Codicum trium fidem, Pet. Med. & Mor. Quod ad Iulos attinet, Aristotel. 9. Hist. ιαλίδας vocat. Vide Athen. l. 7. Oppian. l. 2.

Καὶ μάλα δὲ λίλιον.) Non potui trium VV. consensum reijscere Mor. Med. & H. qui omnes μάλα, non πάλιν habent. est autem Attica cum primis hæc vocis usurpatio.

Καὶ ὠτίδας ἐδίδοξεν.) Xenoph. i. Anab. Ταῦτα δὲ ὠτίδας αἱ τις ταχὺ αἴσῃ ἔστι λεγομένη πέπονται τε γέ βεργάλιον οἱ Πέρσικες, ταῦτα τὰ παραγράμματα ταῦτα κρέα αὐτῶν ἡδία ἔστιν. Vide Athen. L. 9. apud quem Plut. ait. φέρεσθαι πάμπολα τὰ γαλα τοῦτα εἰς τὸν Αλεξανδρόπολαν πόλιν τῆς θεραπείας Λιβύης. Arist. 8. anim. Apud Plin. tamen l. 10. cap. 2. 2. Lego Otidas damnatas in cibis. Emissa enim ossibus medulla odoris tædium ex templo sequitur, quod de Hispanicis solis forsitan intelligendum est.

Ἄντη γέ καρπομαζάνιον.) Iuu. Sat. 13.

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis

In Meroe crasso maiorem infante mamillam?

Αλλὰ καὶ τὰς εὐφυμεστούς.] Germanum, vt opinor, sensum reddidimus, quem perperam noua illa editio acceperat. Huic enim fraudi fuit particula ως, quæ ibi otiosa est. Est enim idem ως συχνόν, atque ως πλείστων, & cætera id genus.

Epiſt. 7.

Θεοδώρῳ τῷ τῇ αἰδελοφῷ.) Crediderim inscriptionis huius partem, hoc est



καὶ τῇ ἀδελφῇ in sequentem Epistolam reiiciendam.

Αἴροις τὰ καθ' ὑμᾶς σημείασθαι.) Vide Erasm. Adag. Astris signare. Nēque verò minus opinor à terrestri, quām maritimo itinere ductum istud Prouerbiū. Nam Astrorum quidem obseruatione dirigi nauigationis cursum mirum non est, in terrestri itinere singulare id est, vñique Libyæ præcipuum. Plin. l. 5. c. 4. Est terra hæc obseruatione siderum nobilis, ad eam per deserta arenis, perque serpentes iter est. Solinus. Inter Syrites quamvis terrâ pergentibus iter sideribus destinatur, nec aliter cursus patescit. Sall. Iug.

Epist. 8.

Οἱ Αἰγαίωντες τῷ πάνηγυρεῖν γέλαματων.) Panegyricæ hæ literæ Paschales erant, quibus certa dies celebrando Paschati definiebatur, ut ex epist. 13. apertè constat. Moris enim fuit ut ab Alexandrino Episcopo quotannis Paschales epistolæ mitterentur. Leo P. epist. 64. ad Marcian. Vide epist. Paschales Thecophili inter opera D. Hieron.

Epist. 10.

Τῇ φιλοσόφῳ Υπατίᾳ.] De Hypatia, quæ Alexandriæ summa omnium admiratione mulier philosophiam professa est, dēque eius infelici obitu, vide Socrat. l. 7. c. 15. Niceph. l. 14. c. 6. Suid.

Epist. 12.

Οἱ ταῦς τῷ αὐδῆτημάτῳ.) Ita emendauius authoritate Petau. cùm anteā in omnibus legeretur, διεγένετο.

Epist. 15.

Υδροσχηπίου μοι δεῖ.] Atqui legum ἐργαλεῖον quoddam esse potius quām Clepsydræ genus, ut vulgata Lexica perperam habent, existimauerim: neque enim Clepsydræ in aquam demissæ, sed in eas infusa possunt aqua. Cuiusmodi verò illud fuerit, non satis capio. Apud Vitruu. l. 8. c. 6. vbi de aquarum libratione, Chorobates eiusdem generis instrumentum non pauca huius descriptionis habet. Nam inter cætera, inter regulam, & ancones compacta transuersaria esse ait, quæ habent lineas ad perpendicularum rectè descriptas, pendentiaque ex regula perpendiculara, in singulis partibus singula, quæ, cùm regula fuerit collocata, eaque tangent, æque, ac pariter lineas descriptionis, indicabunt librataam collocationem.

Ἄι δὲ τῆς ποτῆς εἰσὶ γνωσταὶ.] Pet. & Mor. p̄nt̄s, quod & in varijs lectionibus Turneb. editionis legitur. In Petau. margine scholion erat, quod exoleatis, ac fugientibus literis, ut plerique eius Codicis, legi omnino non poterat: hæc duntaxat extudimus, εἰσὶ γάρ τῶν σηματῶν τούτων ἔργα ἐκάλισσεν. Ex quibus videtur quisquis ille est adnotator hydroscopii in de Horologij generi, contrà quām nos accipere.

Epist. 17.

Πολλαὶ ἐμπεπληρώτι.] Sic ex veteri rescriptissimus, pro ἀντιπλημάτι: Neque tamen nescimus nonnunquam promiscue ista sumi, ut apud Dionem l. 4.

Epist. 22.

Anastasius hic, quantum auguror, ab Imperatore regendis liberis suis erat præpositus: quod indicat, cùm & pueros illos regia appellatione Auricos vocat, & eosdem lege filios Anastasij factos gratulatur.

Epist. 23.



Epist. 23.

Ἡ Σύρων βασιλ.) Antea Θοփ. Nos βασιλ. inuenimus in Mor. & Med.

Epist. 30.

Μετά τῆς Γλαφίτων.] Vide Gorg. Platon.

Epist. 31.

Ἐπὶ τῆς μεγάλης διέχης.) Siue de Praefectura Praetorii intelligas, siue de Consulatu quem cum Stilicone gesit A. CCCC. idemque Gainæ Gotthorum Duci deditus est ab Arcadio. Socrat. Sozom. Nicephor. qui quidem de tempore leuiculè à se inuicem discrepant. Nam Sozom. lib. 8. cap. 4. & Nicephor. Saturninum, & Aurelianum Consulares deditos aiunt. At Socrates lib. 6. cap. 6. debellatum cum Gaina refert Stiliconis, & Aureiani Consulatu.

Τὸν νέον Τεῦχον.] Qui Consul fuit cum Felice. A. 428. Socrat. lib. 7.

Epist. 32.

Ανεπιτήδεος ἐπὶ συμβιοτέου.] Pet. & H. συμβιωθήσ. Neque tamen alteram improbo.

Ἐχέτω τὸν ἔχοντα.) Falsa, & absurdā lectio. Quomodo enim manere illum ibi, vbi est modò, iubeat, quem paulo post constringi, & in nauem imponi præcipit? Quare omnino corruptus hic locus, in quo & Veteres dissentiant. Petav. φύγετω habet pro ἔχέτω, Mor. ἔχέτω πιμαξεῖ, εἰπὲ τὸν ἔχοντα αὐτὸν πόλιν. Quæ verba è glossemate esse suspicor. Alii τὸν ἔχοντα ὑμᾶς πόλιν. Non dubito quin scriperit Synesius ἔχέτω τὸν σπειρεμόσθρα αὐτὸν πόλιν. Vult enim furciferum illum in patriam remitti. Atque ita mox πλινίῳ αἰακτίσοις διῆν τῆς σπειρεμόσθρας αὐτόν. Nisi fortè λεχθεῖσθαι malis.

Epist. 35.

Οὐκ αὖ σῶν λεγοὺς δημόσιος.] Δημόσιος hoc loco γραμματέα significat. Suidas, δημόσιοις ἐλεγον τοις τῆς πόλεως δούλοις. Demosth. contra Androtio. κατ’ θέτι λόγῳ τῆς εἰσφράγει τὸ δημόσιον πῆδιναι ταρσοτεχεῖσθαι. Vbi male interpretes, δημόσιον λέγει τὸν τάχις βασιλίοις ταρσοκέιμενον, δῆλον τοις δούλοις ταρσοτεχεῖσθαι. Est enim & Demostheni, & Synesio δημόσιος seruus publicus, id est officialis, & tabularius. Iam vero Athanasius iste cum Scriba publico, & tabulario praefecto aderat, ut testamenta adulteraret. Quod genus hæredipetarum perstringit eleganter Petronius. Videbitis (inquit) oppidum, tanquam in pestilentia campos, in quibus nihil aliud est, nisi cadavera, quæ lacerantur, aut corui, qui lacerant.

Αλλὰ οὐτεις ἀλλετα.) Ex duabus vocibus vnam ex coniectura, nec absurdè, ut opinor, fecisse, & οὐτεις ἀλλετα legerem, nisi me Veterum in altero ὄμφατι deterruisset.

Epist. 38.

Οὐσὶ τοις ταρσοτεχεῖσθαι.] Herodes hic patrimonium acceperat Senatui obnoxium: cùmque postea Dux factus in Senatum allectus esset, alio nomine appellabatur, duplēque ab eo pensatio, & publici functio munieris exhibebatur. ob id Aureliano illum commendat Synesius. Ηγεμότα accipio de Ducibus rei militaris in limitibus degentibus, qui spectabiles vocati. Notitia Imper.

Ωατεροι νεόσονται.] Inde colligere licet nouis Senatoribus, hoc est in C-



uitatum consilium allectis munia quædam publica obeunda, sumptusque in Rempub. faciendo fuisse. Quare plerumque supplicij loco erat inter Senatores censeri, & Constantinus ille libertatis Ecclesiasticæ vindictæ inter cætera beneficia, hoc quoque in Christianos impendit, ut iij liberarentur, οὐαὶ τοῖς Χειρὸν ὀμολογίαι κατεπικαθισμένοις βουλευτηῖοις εἰναέθμεια, μή βουλευταὶ ὄντες περιπέεται, ait Sozom. lib. i. c. 8.

Epist. 39.

Ei πειρασθεῖσαν.] In V. πειρασθεῖσα, ex quo adductus sum ut πειρασθεῖσα scriberem.

Epist. 40.

Ei οἱ Νιοσῆοι ιππῶν.) Nisi equi ex Media, siue Armenia celebres, quibus Persarum Principes vñi. Strabo lib. xi. Hierocles in Hippiatr. οἵκους γένεται οἱ θύμοι πολυπατεῖμονται αἴξιοιν, εἰ τις Αρχεῖ, ή Κυριωῖος, ή τὴν ἀπὸ τῆς Ιενεῖας, ή Καππαδοκῆν, ή τὸ Δία γε Θεῖταῖς, ή Μαρεγύσιος, ή τῷ οἱ βασιλεῖ τῷ Περσῶν πειρασθεῖσαν οὐαταῖος. Vbi Cyrenenses equos inter laudatos commemorat. Vitiosa autem in illis verbis postrema hæc, οἱ βασιλεῖς τῷ Περσῶν, pro quibus βασιλεῖσι legendum puto.

Epist. 43.

Ei δὴ σὺ φίλε.] Cornarius φιλία legisse videtur. Ego nihil muto. φίλε, & φιλικὲ promiscuè eodem significatu nonnunquam accipi solent.

Epist. 44.

Elegantissima sanè hæc epistola est, ac omnino περιβόλειος. Ioannes iste, quem eundem esse arbitror, de quo epist. 2. patricidii suspectus erat, occiso per insidias Aemylio fratre. Huic ergo suadet, ut crimen aut luat, aut diluat, siveque cum vniuersa cohorte Tribunali, ac Iudicio fistat, ultroque etiam sibi, si conscientis est, pœnam, ac supplicium arcessat.

Ei μὴ θέος θέτει οὐ φίμοι.) Hesiod.

Φίμοι οὐ οὐτις πατεπονοῦστολιται, οὐ τινα πολλοῖ
λαοὶ φημιζοται. θέος νῦν τοι θέτει καὶ αὐτη.

Hoi καφεῖς θέτει τοῖς ιματοῖς.) Sumptum id è fabula Platonis 10. de Rep. ubi inter alia μῆδες αἴγειοι, τὰ διφτυχεῖαν fontes animas trahunt, εἰπ' αἰσαλεῖσιν καρματολογοῦσι.

Οὐκ οὖσις πάρονται σὺ γλώττης.) Notanda locutio, κατ' ἐλάφῳ particulæ, εἰς τὸ σχοῖνον. Nisi malis σχέχουσι.

Μοῖρα καταγόνοις παρεποκεῖαται.) Fortè μοῖρα καταγόνος, ut γλώμη φιλόσοφος, &c.

Παρεῖ σου καθέτοι.] Ex punxitimus, secuti Henr. absurdum glossema, quod haec tenus vitiosè inscederat, scilicet τοι καταγένεται.

Δειπνοῖ τῷ μικρεσίον.] Melius est μικρεσίο. Nam postea quasi de uno homine in singulari loquitur, εἰ δὲ φιλέσθε ποτος, &c.

Ei οὐδὲ πάτησον, ταῦτα καθαρές.) Ex Petauiano ita hunc locum emaculauimus. Nam altera sanè quam absurdâ videbatur. In Henr. tamen alteram repetimus, videlicet ταῦτα οἶδεν, οὐτὶ ταῦτα μή.

Epist. 46.

Οὐδὲ Αμεσοὶ μὴ καλέσ.] Vide Herod. Thalia.

Epist. 49.

Σιμωνίδης γὰρ αὐτὸς ὀμολόγησ.) Simonidis cum Hierone familiaritas celebris



fuit. Xenoph. Hieron. Plat. epist. 2. Illiberalitas notata apud Athen. 14. Οδηγὸς ἐπὶ τῷ κατὰ δῆμον καὶ πόλιν Σιρυπονίδην ὡς χαραχέων φοιτ., &c.

Epist. 50.

Ωστεῖν οὐδὲν αἰσθατὸν τοῦτο φαίνεται.] Obscurus, & perplexus locus, quem implicatiorem reddit recens illa editio. In Pet. τοῦτο legitur, leui discrimine, sed quod magnam huic loco lucem adferat. Sic enim intelligimus πῶν non ad τοῦτο referendum, sed de persona accipiendum esse; Ita tamen ut interrogandi nota adiiciatur, hoc sensu. Etenim estne alidius vita à suspicio-ne criminis aliena? Quòd si minus hoc cuiquam arriserit, videat ecquid re-tius addenda sit particula οἴς, hoc modo. ὡς οἴς θετοί, &c. Authoris enim ea mens est. Odisse se famigeratores, quòd etsi crimen illud commenti non sint, at eiusmodi saltem sunt, ut id ipsum libenter fuerint conficturi. καὶ τοῦτο αὐτὸν θέλει ψηφία, Id est, fauētque ipse illis conatus, & bene succedit, propterea quod Ioannis indeoles ei criminatio pateat. Nam quorum vita ab aliqua suspicione aliena est, ne iis quidem qui cum ipsis criminis participes fuerint, fides habeatur. Sic ego de huius loci sententia constituo. Anteā quidem verba hæc, καὶ τοῦτο αὐτὸν θέλει ψηφία, sic interpretabar, estque istud criminis genus eorum naturæ consentaneum, sed αἰσχλούθετο mihi posteriora videban-tur. Porro ad hunc locum facit omnino elegans Ciceronis sententia Orat. pro Rosc. Com. Νόννε, ait, *ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur, et refrigeratur: sic referuens falsum crimen in purissimam, et castissimam vitam collatum statim concidit, et extinguitur?*

Epist. 52.

Κρηπιδόπωλης αὐτορος.] Notum est vel pueris crepidas gestamen Græcorum proprium fuisse: sed Atticas in eo genere præstissem arbitror. Apud Poll. l. 7. cap. 22. Κρηπίδες οὐδὲ φόρμα στρατιωτῶν. Crepidasne militares præcipue fuisse? Atqui otiosorum potius hominum, & pacis insignia. Sic Romani Imperatores in Græcia pace constituta, plerumque crepidati, ut Scipio, apud Liu. lib. 29. cuius verba aperte militares fuisse negant. *Ipsius*, ait, *Impe-ratoris non Romanus modò, sed ne militaris quidem cultus iactabatur. Cum pallio, cre-pidisque inambulans in Gymnasio.* Idem fecit Germanicus apud Tac. 2. An. Itaque pro στρατιωτών, suspicari aliquis posset, legendum apud Pollucem esse, Αθηνῶν. Sed nihil temere mutandum. Nam & militares calcei tales fuere.

Epist. 57.

In Morell. hæc inter epistolas non censetur, sed post easdem inter καπαστάσις, sic enim appellare solet Declamationes quasdam. Neque reuera epistola est, sed quod ad sequentium intellectum conferat, & in vulgatis Editionibus, atque in MS. plerisque suum inter illas locum habeat, nihil immutare decreuimus. Cæterū Andronicus iste Beronicensis Pentapoli præfetus, cùm sceleratè multa, & impiè in Deum atque homines moliretur, coacto Ptolemaïde Concilio à fidelium communione de Episcoporum sententia reiectus est. Habita igitur hæc Inuectiua est post Concilij Decretum, quod sequens ad Episcopos epistola continet. Rei totius historiam fusiùs persequitur Card. Baron. Tomo 4.

Ανδρανίκειο μαλακα θεραπεύειν.) S. August. de Ciuit. c. I. *Multa enim sunt à*

ū ij



malis quidem contrà voluntatem Dei: sed tantæ est ille sapientia, tantæque virtutis, ut in eos exitus, siue fines, quos bonos, et iustos ipse præsciuit, tendant omnia, quæ voluntati eius videntur aduersa. Plotinus apud Theodor. vi. de Curan. Græc. οὐ γένεται κακόν Διοῖς τῶν, ἀλλ' ὅπερ γένεται τῷ αὐτοῖς εἰς δέον, ἐπειδὴ εἰδύετο, εἴρηται· τόπος διωδίων μεγίστης, καλῶς τῷ τοῦ κακοῦ γένεται οὐδὲν εἴτε.

Talibus τοι καθαροῖς οὐδέν.) Prosper Aquit. de Prodigio.

Iam quos peccantes Deus arguit, hos etiam nunc

Diligit, et patrio vult emendare flagello:

Mæque istis potius societ, quam congreget illis. &c.

Υαῖς τῆς πρότιττος αὐτοῖς.) Non quod altera displiceret, quæ σωματιας habet, sed quod illam in quatuor MS. viderem, rescripti αὐτοῖς.

Καὶ εἰπεῖν Αὐστριανούς.] Ausorianorum meminit & alibi, ut in Καταστοῖς de Cyrene.

Τάχα μέτρον κληρος εἰδύετο.] Duas causas fuisse ait, cur in conficiendis negotijs opes suas feliciter experiretur; Prima est diuina quædam sors, ac felicitas. Altera quod ægræ, ac cunctanter ea susciperet. In uno Med. Henr. & Mor. alio modo conceptum membrum reperi, nimirum τάχα δὲ μάλιστας προμήτων αὐτοῖς, οὗτον αὐτοῖς, vel αὐτοῖς: Deeratque vox επειτῆς χριστοῦ, quam Med. alterum, Petau. & vulgati omnes agnoscunt, prorsus ut ita legendum videatur, προφῆτης αὐτοῖς. Επειτῆς χριστοῦ αὐτοῖς αὐτοῖς.

Νῦν γάρ δὴ τοῦτο μόνον ἔοικεν οὐδεληλέγοντα] Sola interpunctione magnam huic loco lucem attulimus. Nam in Med. uno & Henr. hæc quæ sequuntur μῆτρας, &c. τιμῆται separantur ab antecedentibus. Est autem οὐδεληλέγοντα imbecillitatis conuinci, & irritum deprehendi. Sic Plut. in Bruto. οὐδεμιᾷ πάλιν αλλαγῇ εἰλπίδες οὐδελελέγοντα, τὰ τούτα πάλιν.

Αριαδέων, διχῆ, τὰ βίβλων.) Induximus voculam ζεῦ ex Pet. & i. Med. quæ perperam inculcata fuerat: In Henr. tamen αὐτοῖς ζεῦ leg. sed altera posterior visa mihi est.

Μέχρι τῆς ιερωσύνης αἱρέσεως.] Forsitan vox ιερωσύνης glossema est: neque tamen immutare ausus sum, quod ita in s. MS. legatur.

Ως κοινὸν φέμεν τὸν αἰξιούμενον.) Ita in omnibus Scriptis, pro quo libenter scripserim τὸν αἰξιούμενον εἴτε γνωσίμων.

Αλλ' εὖτε φέρουν διάμενος.) Deesse non nihil arbitror ad huius loci integritatem. Quod erat in vulgatis paulo post, αλλ' εφεδρὶ μη, in με commutavimus, ut erat in Mor.

Τινὲς τοις τοῖς Βασιλεοῖς.) Nam Reges olim Cyrenis, diuiso inter fratres Aegypti regno. At Ptolemæus Appio moriens Pop. Rom. hæredem reliquit. Eutrop. lib. 6. Quo tempore (ait) Libya quoque Romano imperio per testamentum Appionis, qui rex eius fuerat, accepit, in qua inclita ciuitates erant Berenice, Ptolemais, et Cyrene. Epitom. Liu. lib. 70. Iust. lib. 38.

Ποῖοι Γαλεριανοῖς.] Clem. Alex. Protrep. Ταῦτα δὲ τοῖς τοῖς Ταυρινοῖς Χερρόποτοι κατοικοῦτες, οἵτινες οὐδὲν τοῦτον τοῦτον αὐτοῖς εἶλον, ποτέ τοις δὴ τοῖς ξεῖνοις θάλασσα μέλει τῷ Ταυρινῷ καταγένοντο Αρτεμίδη. De Lacedæmoniis Plutarc. Lycurg.

Εἰ τοῖν τοῖς διχῆς.] For. εἰ τοῖν.



Εξ ἀπορίας διερήμησε τολμάτων.] Malè hactenus οὐδὲ πορίας. Illud autem in Petauiano scriptum offendit.

Καὶ τὸ πόλιον δούλος τῷ λόγῳ.) Sic ex Pet. restituimus. Nam in aliis omnibus corruptè leg. τὸ πόλιον δούλος τῷ λόγῳ.

Απ' Εὐρυθένους τῆς καταγραφῆς.] Meminit Plato lib. 3. de Leg. vbi Patroclē ei adiungit, siue Proclē vt apud Paſt. in Lacon. Vide Strabo, lib. 8. qui ita conditores illos fuisse vrbis afferit, nullus vt iis honos haberetur, οὐδὲ πολιτεῖας τομιαδῶν.

Ἐπὶ τῷ ιχεμονικῷ ἀπόλετῳ.) Muli enim Prouinciales Magistratus usi, iisque publicē attributi. Cic. Agrar. 2. & in Ver.

Καὶ πολεμώτων αἰδεψίων.) Αἰδεψίων pro ἀγαθοῖ reposuimus: sic enim in Pet. Med. 1. Mor. & Henr.

Καὶ δέπω τὴν πολιτεῖαν ὄντην.) Satis quidem esse vel coniectura poterat, vt hanc lectionem adstrueremus. quid enim vox illa πολεμίων ad hunc locum facit, quæ passim infedit? Verum ex Med. vnius margine veram illam arcessimus.

Ορμὴ μὲν γὰρ χινοῖς πολεμίων.] Sic Mor. in Pet. πολεμίων. In Med. uno ὅρμῃ μὲν γὰρ πολεμίων. Inepta vero omnino erat illa vocis ὅρμη geminatio.

Καὶ εἰ διωτὸν μὲν ἀγέλω.) Oratoriè hæc, & ad amplificandum dicta. Neque enim τῇ ἀκριβῇ θεολογίᾳ satis hæc probata ratio. Quod verò Vir quidam doctus, vt in Noua illa epistolarum editione est, post ἀγέλων vocem ὀλίγῳ ex coniectura subiicit tanquam necessariam, equidem non probo. Sensus enim obscuritate vacat. Nam cum Christus in terris annos suprà triginta vixerit, negat Synesius Angelum idem citra labem aliquam, & contagionem praestare potuisse. Cæterūm Pet. & Med. 1. πολεμῶσαν τὴν ἡλικιανὴν habent, quod & secuti sumus.

Ως ὅτῳ δέηται κατίσταται μὴ κατίσταται.) Negatiuam particulam opportunè suggerit Pet. & Med. 1. At Henr. καρπωῶνa habet pro κατίσταται.

Αλλὰ τὸ πόλιον τολμάτων.) Rectissimè pro πόλιον. Subauditur enim χρόνον. Sic autem in Vetus fere omnibus.

Καὶ σκέπτεται πόλιον τῷ χολοφόρῳ.] Quid si εἰστεῖτο χολοφόροι? Sed mutius forsitan hic locus, qui suppleri vtcumque potest, si post δημωφελέστατον aliud βέτι adiungatur.

Epist. 58.

Μετέ λιμόν.) Ita om. VV. non λιμόν.

Δακτυλίθρα, τὸ ποδογράψιον.) Torturæ genera varia percenset in Nub. Aristoph.

τὴν πᾶν βασιλίων, τὸ κλίμακι
Δίσας, κρεμάσας, ιστριχίδιον κατίστων, δέρων,
Σπειράλιν, ὅπε τε ταῖς ρίναις ὅξεος ἐγχέων,
Πλίνθοις ὄπισθεῖς, πολύτη πάλα, &c.

Καὶ Κεφρῶν ὁ ΑΙγυπτίος.) Herod. Euter. Regnauit hic A. 56. sub cuius imperio refert τὸ τοῦ ΑΙγυπτίου τε πᾶσιν ἔτι κακότητα, τὸ πάτερον τοσύρου κατηγορίαν τοῦ αἰνιγχίων. Addit eundem & fratrem Cheopam ab Αἴγυπτοis non nominari, præ utriusque execratione.

Απαγδύτω γιώμη, τὸ γιλωτήν.) Has duas voces τὸ γιλωτήν adtexuimus ex Pet. & Med. 1.



Epist. 61.

Aντιμετωπῆς τὴν χρυσὸν, καὶ τοῦτον.] Petau. τὸν παρόντα καθ' ὄν. Cæteri addunt τὴν τοῦτον καθ' ὄν. Vnde facile coniicio τῷ Θεοῦ καθ' ὄν. Duo enim erant, quæ Synesium excusabant; temporis incommoda, & accelerata profectio.

Περὶ τὸν παρόντα Αγέλιον.] Pro ἐπαγγελίᾳ, παρόντα scripsimus, Nam in Mor. & Med. i. παρόντα scriptum reperi, & in margine Med. alterius παρόντα, quæ ipsissima lectio est; Est enim aptissima Antithesis Cónsulis, & Apparitoris.

Αὐρηλιανὸν φίλον αἰδόπα.] Aurieliani Consulatus, quem cum Stilicone gessit, incidit in A. 400. Arcadij & Honorij vi. quo Anno forsitan Legationem suam obiit.

Αλλὰ γράπτο γένος αὐτὸν παρόντα.] Mendosus, ut arbitror, hic locus in Petau. οὐδὲ γράπτο αὐτὸν. Tentabam, ἀλλὰ γράπτο γένος αὐτὸν μόνον.

Tῆς παράρχου πάξεως.) παράρχου non ἐπάρχου ut in vulgatis habent Petau. Med. 2. & Mor. Præfectum autem Prætorio intelligit, cuius in Officio præter alia ministeria erant Scholæ Exceptorum, qui Acta iudiciorum scribebant, notisque vtebantur compendij gratia. Vnde συμμοεῖς hoc loco scholam esse puto. Vide Notit. Imper. Orient.

Epist. 62.

Scripta videtur hæc epistola Ptolemæensium nomine, continētque Marcellini, qui ei Prouinciarum præfuerat, commendationem, cùm is in Iudicium esset vocatus. Usitatæ autem id genus laudationes erant in Iudiciis, ut ex Ciceronis non uno loco constat.

Σχολαζόντες κολαχείας απάντης.) Substituimus χολαζόντες pro χολαζόντες cum Pet. Med. utroque, & Mor. quod quām aptius sit, nemo non videt.

Λόγος περὶ πεπολὺ τῆς ἴστος θεοῦ.) Sic i. de Prouid. αὐταὶ οὐαὶ τὸν οἰούμνος ἔργου λόγος αὐτοῖς ιστούσι. In Pet. est πεπολὺ τις ἡτοι. In utroque Med. πεπολὺ πας ἡτοι.

Ἐπὶ τοῦ παρόντος παρόντος.] Ita legendum docuerunt Pet. Medic. utrumque & Mor.


Οὐκ εἰσχλητές, δὲ εἰσχλησμένες.] Quām importunè, atque ambitiosè eas laudationes extorserint, quām etiam insolentes se in eo Prouinciales præbuerint, ex Tacito liquet xv. An. Ideo auctore Principe [verba eius sunt] sanxere, ne quis ad concilium Sociorum referret agendas apud Senatum Proprætoribus, Prouincilibus grates, neu quis ea laudatione fungeretur. ὅτι τὰς [ait Dio lib. 56.] μητυεῖς πρὸς αὐτὸν, τῷ εποίησις τοιωταρεγονθαλόρμοι πολλὰ διατάσσεις.

Epist. 66.

Ιωαννὸν πατρακαστή.) Ioanni Chrysostomo, quo cum nota Theophili iniunctiæ.

Οὐδὲ τῆς λεγούσοντος αὐτὸν.) Hæc Petau. lectorio erat. In Med. i. συλλαχούσοντος αὐτὸν. In aliis συλλ. αὐτοῦ. quas non improbandas putamus.

Tῆς Εὐαγγελικῆς Διαδοχῆς.] Alij Αποστολικῆς. Nos Εὐαγγελικῆς maluimus, ut erat perspicue in Mor. & Medic. uno. In Altero vero αἱστελικῆς. Euangelicæ vero successionis authoritatem idcirco vocat, quod Alexandrinam sedem Marcus obtinuerit. Paulo post etiam ὥστε pro ἦσθι cum Pet. Mor. & Med. uno scripsimus.



Epist. 67.

Varia hæc epistola negotia continent, quæ de Theophili mandato in ea prouincia suscepserat, præfertimque Episcoporum, ac Sacerdotum inter se pacatas offendentes.

Kai ei ταχωρινί Βιδόσαθαι.] Mallem ei μή ταχωρινό.

Σπάσις τοις καὶ Χειρὶ αὐτοῖς.) Ad hanc sententiam rectè Isidor. Pelus. ep. 447. ἔδικτος ἀπό της τους κυρίων πατέρων μηδὲ μεταβολὴς, καὶ συγχοιασύνη πρεστατηριών ταῖς διατάξιαις αὐτοῖς, &c.

Tὴν τοῖς αὐτοῖς ἡμέραν, ἤδη δὲ τῷ ἀλλοι.) Absurda lectio, in qua tamen conueniunt MS. omnes. Nam quorsum alios Episcopos ait fuisse Dioscorum, & Paulum, cum illi ipsi sint αὐτοί, qui inter se litigabant? Vna est ratio tuerenda lectionis, si hac verba, ἤδη δικ. a. τ. Δ. ε. Parenthesi claudantur, significet, que præter Dioscorum & Paulum alios ante Episcopos de huius collis possessione contendisse: sed cum ab iis eam litem cœpisse non obscurè declareret, scribendum puto, τοῖς αὐτοῖς ἡμέραν τοῖς διατάξιαις επ. &c.

Kai θυμὸς ἀγωμενοῦ δισταύπαθος.) Cæteri etiam scripti Codices αγωμα. Pet. solūm ἀγωμα, quod melius arbitriati sumus.

Kai τῷ οἰκεῖον ὅργῳ συγκεΐσθε.) Nonnulli τῷ οἰκείῳ ὅργῳ. Plana hæc lectio si verba species; Iubebat enim illum terminos suos, quos in alienum protulerat; transferre. Cæterum si superiora conferas, inanis, & absurdia. Nam cum paulo ante dixerit se sententiam ferre de illa termini translatione noluisse, ideoque libenter iureiurandi occasione vsum esse, perperam nunc aperte hoc ipsum ut faceret, compellit. Quare si quid vñquam θεωχωπανα conicerim, hoc à me puto in hoc loco factum, vbi ὅρκον rescribendum censeo. Est autem ὅρκος συγκεΐσθε iuriandum exequi; quomodo διατάξια συγκεΐσθε mandatum exequi apud Bud. Pand. Phauorinus quoque συγκεΐσθε, dñs, δοκιμάζετε.

Εκκλησιακῆς ἐνεκε σκέψεως.] Reddidi Ecclesiastici negotii causa. Existimo tamen σκέψη aliud significare, id scilicet quod vulgo Visitam vocant.

Ο διαβέστης Παῦλος ἐπεποίητο.) Credidit Bud. id Comm. Ironice hoc loco διαβέστη illum appellari. Verum communis hæc Episcoporum atque Ecclesiasticorum (qua voce vñsus est Hieron. in Comm. ad Hierem.) appellatio est, ut αἰδησμός, nostris Reuerend. Venerabilis: Synesio θαυμάτων, &c: quæ non tam morum, quam gradus, ac dignitatis ratione tribuuntur.

Kai γὰρ σπαθάθαι μόνον τὸν λόφον.) Obscurus, & salebrosus hic locus. Ex quo sensum vñcumque aliquem expressi. Dioscorus multas conditiones Paulo proponebat, ut aut collem duntaxat venderet, aut totam hanc possessionem, oliuetum scilicet, ac vinetuim vñā cum colle, cum alia re commutaret, addebat & alias contrahendi rationes, quibus spretis Paulus malebat totius fundi pretium Dioscoro remunerare. Sed orationes series perturbata. In Med. vno leg. καὶ γὰρ σπαθάθαι ἔλεγον ὁ Διόσχορος, quæ à Glossem. esse suspicor. Non male autem καὶ σῶς σπαθ. scripseris.

Tοὺς τοις Αλεξανδρείᾳ συμβάλλοντος.) πλωχόφεια illa Alexandrina indicat, de quibus Leontius in vita Ioannis Eleemos.

Kai τὸν διὰ διατάξιας.] Sumpcum id è Platone 4. de Leg. Vide Erasm. Prog. iiij



verb. leuislma res oratio.

Καὶ τὰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπείλησα. Vitium est in hac scriptura, cui tamen mederi nequeo. Credebam pro ἐκκλησίᾳ, χρημάτῳ reponendum, idque adeo in interpretando sum secutus, sed ne sic quidem satis me expedio. Ac nescio sint ne hæc loco suo mota, & cum superioribus coniungenda: Nam cùm supra de Dioscoro dixerit eum συμπλωχῶν agros conduxisse, & τιμωρήν hoc loco χρημάτων fiat mentio, fortè post hæc verba τὰ τοῖς τυρεοῖς παρεστάθησα, continuanda hæc erunt, τῷ τελείῳ αἴξοι, &c. usque ad ἑκαπτόν. Tum deinde Epitaphia δὲ οὐ, &c.

Αροιστόν τοῦτο τοῦτο τὸδέ, &c. Petau. ἔπι.

Ιτα γνώμην παύσαται.) Veram scripturam repræsentarunt Petau. & utrumque Med. Morellianum verò γνώστε.

Εἰσομεγι τὸν οὐ τοῦτο.] Aliud quippiam malim, quam εἰσομεγι, For. ησομεγι, & τοῦ μην.

Epist. 72.

Scripta hæc est ad Episcopos, postquam Andronicus Ecclesiasticæ animaduersonis terrore ostendo, veniam ille quidem obtinuit, sed mox ad ingenium rediit.

*Γέροντες οὐτε τύχην αλλάται.) Conueniunt in ea voce MS. omnes. quare recipiem-
dam existimauimus pro αλλάται.*

*Τι τὸν τῆς αὐτῆς φίλονις.] Perplexa sententia. For. πιγμαργοῦ τῆς αὐτῆς φίλονις,
hoc sensu, ut Aurum illud penderet, coactus est Prætori, seu Prouinciali
Præfecto agrum suum dare.*

Epist. 73.

*Σὺ τὸν δὲ τοῦ φιλόσοφος.] In Mor. initium epistolæ est Σολ με δέ, &c. cùm
αὐτὸν δέ, &c.*

*Ἐπιστολὴ οὐρανοῖς τοῖς πόλεσι Αιθέριοι.) Anthemius hic insignis, ac spectatæ pro-
bitatis vir Consulatum gessit cum Stilicone A. 405. Ioannis Chrysostomi
amicissimus: Qui postea Præfectus Vrbis sub iuniore Theodosio Imperium
omne prudenter administravit. Vide Socrat. lib. 7. cap. 1. Vbi & Troili So-
phistæ mentionem facit. Sed hic Nouatianus fuit ut ex eodem Socrate, cap.
12. constat.*

*Τι τὸν φοινίκαν μέν.) Observatione digna lex, qua nemini liceret in Patria sua
Præfecturam Prouincialem adipisci. Quam eandem Sinarum institutis re-
ceptam didicimus.*

*Τις τοιούτος Κυριανή Πεπτάπλου.) Solum Med. alterum Κυριανή habebat, cœ-
terā Κυριανή.*

*Εἰ δέ τα δοχεῖ τὸν Διασπαχιάτων.) Deesse aliquid opinor. In omnibus porrò
VV. erat θηγαφόμηνα, & ad αἴξοι αἰδηδαγα referri potest.*

Epist. 75.

*Τούπιγαμια στὸ θηριόν.) Fortè μου. Initium autem hoc Epigram. extat in
calce Anthol.*

Epist. 77.

*Απὸ τῆς σῆς πομπῆς.) Deductionem intelligo, cùm excuntem magistratu-
& δόμum redeuntem deducerent.*



Epist. 78.

Ad hanc epistolam pertinet Κατάστασις illa de Pentapolitana clade, ubi & Anysij, & Vnnigardarum mentio est.

Epist. 79.

Καὶ πολὺς τοῖς δακτυλωτέρην.) Mutilumne dices, an δακτυλίθραι, alia que id genus carnificinâ tortum, & digitis retentum?

Μαξιμûνος, καὶ Κλείδων ἐφεδροι.] Noua vocis ἐφεδρος acceptio. Neque enim crudelitatis administros, & quasi de palma contendentes significat, sed crudelitatis potius argumenta. Nisi antagonistas ita accipias, ut Leno ille Terentianus,

Ille verberando, ego vapulando ambo defesi sumus.

Τέλος εἰπεῖς ζωῶν καταλήψια.) For. αἰσαλήψια.

Epist. 80.

Καὶ σὸν ἐγώ μὲν σὸν εἶδον.] Priorem negatiuam particulam, quæ malè haecenūs defuit, suppleuerunt Pet. Mor. & utrumque Med.

Epist. 81.

Πλάτωνι τοῖς Δαχυαῖς.) Quod hîc Δαχυαῖς δῆμος esse ait patriæ suæ, dubium facit sintne iij Dalmatae equites, quorum crebra in Notitia Imperii Orient. mentio.

Epist. 93.

Εμοὶ πολύτες αἰσχύλοι.) Ita Pet. Mor. & Med. vnum. Alij εἰσι, haud ita rectè.

Epist. 95.

Ταῦτα φίλας ἡμῶν Ιάλιος.) Fuit hic, ut opinor, Iulius vñus ex Andronici aseclis, cuius meminit ep. 79.

Λυπηθεὶς γὰρ οὐερθεντος λέγει.) Simile illud est Socratis dictum in Apol. Plat. Καὶ ἐγώ τοῖς κατεψήφισταις μου, καὶ τοῖς κατηγόροις οὐ ποθέν χαλεπούντο. καὶ τοὺς γεωπότης Διγνοῖς κατεψήφιζοντο μου, καὶ κατηγόρων, ἀλλ' οὐέρθεντο βλέψαντες τὸν αἰσχύνειον μέμφεσθαι. Quod ita Cicero Tusc. i. exprimit; Nec vero iūs, à quibus accusatus sum, aut à quibus condemnatus, habeo quod succenseam; nisi quod mihi nocere se crediderunt.

Tί γὰρ εἴρηται αἴσηπον ἡμῖν.) Adiecumus vocem illam διάνηρ, quam in Pet. Med. duobus, & Morell. reperimus. Ad eam vero sententiam pertinet Senecca locus l. de Remed. Fort. Malè de te loquuntur homines, sed mali. Moverer, si de me M. Cato, si Lælius sapiens: si alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis dispergere, laudari est. Non potest ullam autoritatem habere sententia, ubi qui damnandus est, damnat. &c.

Ἐγναμηγεῖσθαι τὴν τύχην.) Sic eum locum ope Pet. & Med. vniuersitatem emaculauimus. Nam & illud vocis σαφαῖς interpretamentum erat.

Ἐπιδιελθεῖν εἰς Σεργίανας ἡγεμονίας.) Cyrenensem prouinciam Aegyptiacæ contributam fuisse nusquam reperio. Non cum primùm in prouinciam redacta est Pentapolis: tūm enim Aegyptus nondum publica pop. Rom. facta erat: Neque deinceps. Nam Strabo sua, id est Augusti ætate, cum Crete coniunctam fuisse Cyrenaicam prouinciam asserit, l. 17, Ammianus vero l. 22. Tres Prouincias, inquit, Aegyptus fertur habuisse temporibus priscis, Aegyptum ipsam, & Thebaidem, & Libyam: quibus duas adiecit posteritas, ab Aegypto Augustam ni-



cam, & Pentapolin à Libya sicciorē disparatam. Videndum igitur an de veteri Imperio, Regum nempe, Synesiana hæc verba accipi debeant. Fuit enim diu idem Ægypti ac Cyrenarum Rex, donec inter Ptolemaeos fratres, qui dissidebant, fœdus iustum, ut alter in Ægypto, alter Cyrenis regnaret. Epit. Liu. 47.

Epist. 99.

Διωδίμεως δὲ δεῖται.) Vitii plurimum in eo loco est, quem ita concipiendum puto. Αλλὰ τόπον εἴ γε ποιήσῃς ἀντράνην καθέωπαν, διωδίμεως δὲ δεῖται τις ποιήσῃς.) Quasi diceret: Sed hoc nimirum ita esse dicendum est, cum & vir ille Poëta sit omnium diuinissimus, &c. Hæc autem duo verba διωδίμεως διορθώτα expungenda sunt.

Epist. 101.

Κατεργαθόις τὸν τῆς Δείχνατος.] Δείχνατος erat in Mor. & Henr. in Pet. παραδίχνατος. Paulo post τοὺς αἰχέων restituimus cum Pet. Med. vno, & Henr.

Καὶ τὸν ἐλαχίτων, τὸν μείζων.] Sub Augustalis Præfecti dispositione erat Libya, Thebais, Ægyptus, &c. Atque huic parebant Præsides earum Provinciarum, ut est in Notit. Imper. Orient. c. II 8. Qui itidem aliis minoribus magistratibus præerant. Hoc sensu, opinor, μείζων, & ἐλαχίτων διχλων dixit, eamque domesticam, cui aliam addit. τὸν Αἰγυπτίων.

Τὸν διπτυχίας θεάμυναν.] Perperam hactenus, διπτυχίας θεάμυνας. Nos germanam lectionem præeuntibus veteribus reddidimus, Pet. Med. vno, Henr. & Mor. Nimirum διπτυχία ad externorum bonorum copiam pertinet, θεάμυνα in internis, animique propriis sedem habet. Vide orat. de Regno.

Ei δὲ μηδὲ τοὺς καὶ τὸν αὐτοῦ.] Conflatas in unum voculas μηδὲ τοὺς cum Pet. distraximus.

Ανεμέοπον δὲ σύντηρμα.] Ita Med. & Pet. qui & aliam in margine non minus probam habuit, τὸν ανεμέοπον δὲ.

Ἐπὶ τῷ ἵστα τῷ τῷ ὄμοια.) Non dubito quin contra veterum fidem legendum sit οὐτὶ τῷ ἵστα τῷ τῷ ὄμοια. Est enim Dorismus, & Laconici fœderis formula.

Ἐρμου λογίου τοπον.] Vide Iun. Adag. Marciani quoque meminit Suid.

Τὸν δέ τοι τοὺς προσδικτας.) Totus hic locus apud Suid. extat nullo, aut Authoris nomine, aut Glossemate, descriptus. Pandectas existimo homines appellari varia eruditione refertos, translatione quadam, sicut libri nonnulli προσδικτας inscripti Plin. Præf.

Epist. 103.

Pylæmenes lecta Synesij epistola, qua ad Philosophiam ab oratoria professione reuocabatur, quæ est 99. eundem rescripto incusabat, obiiciebatque quo minus id faceret, amore patriæ retineri, cui illius artis beneficio subueniret. Quippe inutile ad id esse sapientiæ studium. Ad hæc ita respondet Nostræ, ut caritatem patriæ neget à se reprehensam, tūm philosophiæ causam, ac patrocinium suscipiat.

Ἐλέγξει με Kuplwn κειμένῳ.] Iam tum ante Synesium. Amm. l. 22. In Pentapolii Libya Cyrene posita est, urbs antiqua, sed deserta, quam Spartanus condidit Battus, & Ptolemaios, &c.

Αλλὰ τὸν ὄφελον, τῷ γνωματ.] Vide Plat. Gorg.



Ἄρξας ποτὲ τῷ θεάτρῳ, ἢ ὑπῆρχα.) ὑπῆρχα hoc loco de Præfectura vrbis acceptimus: Sic enim usurpari passim solet, & ὑπῆρχος Præfectum vrbis significat.

Οὐχ ἡκίστα γέ μόνω πλεονεκτώσιν.] Commodè omnino in Pet. & Henr. μόνῳ pro μόνοι, quod in alijs exemplaribus legitur.

Eἰ γέ δὴ πειθεῖεν αὐτὸν.) Insita plerisque persuasio, homines sapientiæ studio deditos actui rerum nequaquam idoneos esse. De quo Socrates apud Plat. Theat. & l. 6. de Repub.

Epist. 104.

Ioannis Præfeti, cuius sæpe in superioribus epistolis meminit, vanitatem, ac fucatam ambitionem stoliditatem elegantissimè depingit, qui dum abesset periculum, strenuus, ac fortis videbatur: Idem ubi tuba increpuisset, turpissimam se in fugam coniiciebat.

Οὗτοι φρύξις Iωάννης.) Vel quia indidem oriundus: vel quia hoc nomine ignauit etiam appellantur. hinc Prouerb. apud Suid.

— φρύξις άνθρ.

Πλασχήσις αἰμένων, καὶ διπλορέπεργος,

Ἐπεὶ δοκοῦσιν ἀρχέτεροι, καὶ ωχελέτεροι οἱ φρύξις οἰκεῖται.

Παριῶ, καὶ πολὺ ταῦθα.) Dispunximus aliquot voces perperam inculcatas: Sic enim in vulgaribus παριῶ, καὶ πολὺ ταῖς ληπτικόν, καὶ πάντα ταῦθα, quæ à Pet. Med. vno, & Mor. aberant.

Γραφὴ Τέταρτης ΑΙγυπτίας Στρατηγονούσιεν.] De his vide Heliodorum, l. i. Aeth.

Epist. 105.

Scripta hæc epistola est, tum cum ad Episcopale fastigium postulatus, ciuitate illud omni ope contendit: ubi de vita sua instituto, ac fide rationem reddit. Ex his satis intelligis, quam perturbatus hic epistolarum ordo sit, cum hæc una ex primis esse debuerit, & ante s. saltem collocari. Sed nos pro concessi ad eam editionem temporis angustiis superuacuum hanc leuissimis in rebus diligentiam esse duximus. neque admodum quo ordine legantur interest, dum omnes legantur.

Τὸν δὲ ιερέα αὐδρα δεῖ.] Eleganter Isid. Peluf. l. 1. ep. 319. εἰ τὸν δεῖ ιερόν τῷ ποιητοῖον, καὶ φαῖς τῆς Εκκλησίας αὐτομάθη, καὶ ὑπῆρχος, αὐδρα τοῖς ἡθεσιν αὐτῷ συνεκτυποῦσθαι ὑπῆρχον, ως σπουδητερωτερον. εἰ τίνων φαῖς ἐστὶ βάλθι, μισθοὺς τοῦ διηγαπελίου, καὶ τοῦ τελεφορεῖτο γέλωντος, &c.

Τοῦ πᾶσον καταφαντεῖσθαι.) In Med. vno, & Henr. post δεινῶς apposita distinctio est: Quare si καταφαντεῖσθαι legas, veram omnino scripturam expresseris; hoc sensu: ut omnes id intelligent, me rem illam perhorrescere.

Eis φυγὴν τὰ διὰ θεοτήτων.) Libenter deleuerim duas illas voces eis φυγὴν.

Noīs αὐδὴ σῶ φιλόσοφος ἐπόπτης ὦν.] Plato 6. de Kepub. φιλόσοφον αὐδὴν ἀρχαῖον (ιδοὺ οὐτερον) πλῆνος αὐδιώσατον εἴτε. Αὐδιώσατον, καὶ τοὺς φιλόσοφοις ταῖς ἀρχαῖοις φύγοντας αὐτὸν αὐδηγητοὶ πάντες αὐτὸν. Cicer. Tuscul. 1. Est enim Philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò ipsa fugiens, eoque ipsi et suspecta, et iniusta.

Αὐδηγούσιν ἔστι φαῖς τοφεῖς αἰλιγθαῖς.) Plutarch. in Phocion. καὶ γέ ὅμιλα φλεγμόνος ἀπίστα τοῖς σκιεροῖς, καὶ μῆλα μποτοῖς σφραγίστεις χειροκοποῖ τὰ ἐπίσημα, καὶ φαῖς δια-



